


DAD AU
CCIÓN GE

50

1208






EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



1080023131

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN

BIBLIOTECA CENTRAL

LIBRO N.º 1212

DIÁGOGE
FERVENTISSIMI REDEMPTORIS
DIVI PETRI NOLASCO
PARENTIS NOSTRI:
REGALIS, AC MILITARIS ORDINIS
Beatae Mariæ de Mercede Redemptionis Capti-
vorum, Cœlitus electi Fundatoris, &
Patriarchæ.

IN TRÉS LIBROS PARTITA, ET ELEGIACO
carmine concinnata : cui Divini Redemptoris
Christi Domini in Cruce morientis additum est
lachrimabile spectaculum;

AUTHORE M.F. MICHAEL DE ULADE,
minimo eiusdem Ordinis filio;

DICATA
REVERENDISSIMO PATRI NOSTRO
F.Ioanni Nauarro totius Ordinis B.M.de Mercede
Redemptionis Captiuorum Magistro Generali,
Domino Baroniarum de Algar, & Eclesie in Reg-
no Valentia, Egregio Catholicæ Maiestatis
Concionatori, & Hispanie
Magno, &c.

MATRITI: Ex Typographia Joannis Garcia Infan-
çon, Sancte Cruciae Impressoris.
Anno M.DCC.II.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

REVERENDISSIMO PATRI
nostro F.Ioanni Nauarro,totius Rega-
lis, ac Militaris Ordinis B. M. de Mer-
cede , Redemptionis Captiuorum Ge-
nerali Magistro, Baroniarum de Algar
& Escales Domino , eximio Catholi-
cæ Maiestatis Concionatori , &

Hispaniæ Magno, 012005
&c.

Sinus obsequentissimus filius , Magister
F. Michael de Vlate

D. S. C.

18053



Tibi Diagōgen Diui Petri Nolas-
co, omnium nostrum Parentis, la-
tino Poemate donatam, consecra-
rem : tria sunt quæ me impul-
serunt, Reuerendis, Parens, Pietas,
Gratitudo, & Dignitas. Et quidèm
in primis Pietas , cùm te optimum haberem Pa-
rentem, satis religiosè exterum me non querere homi-
nem monebat. Fortè id ambitioni , vel alij esse cri-
mi-

mini videretur obnoxium, quibus me , vel piūm filij
debitum , vel facile ad Parentem effugium , vel mei
dumtaxat laboris tutelares in illo aras collocare,
purgatum profecto demonstrant. Tum Gratitudo,
quæ me tuis obx̄ tum beneficijs altè considerat ; si
quodammodo possem , vel saltēm hoc libello, de mea
tenuitate Camenæ paruo , quamquam aliudē
magno , & rearie coturnato , nemp̄ ex Herœ suo
celesti, & rerum geltarum magnitudine , tua in me
cumulata recognolcere beneficia satagebat. Nemī
nem domesticorum latet , ad quem me honoris gra
dum evexeris. Ausim dicere pace aliorum , & sine
inuidia : Alij me præmij Expectatorem fecere ; Tu,
quæ tua est benignitas , & liberalis erga me animus,
præmij me fecisti Possestorem. Alijs itaque debeo
præmij Spem ; Tibi quod præstat debo, Fruitionem
præmij. Demum tuae excellentissimæ Personæ
Dignitas , quæ successoris est illius incliti & maxi
mi Parentis, illius clarissimi Redemptoris Diui Pe
tri Nolasco , Mariana Relligionis selectissimæ cœ
litus Petra , illius , inquam, Atlantis , qui tibi , tan
quam Herculli suo , mandauit , dum ipse quieticit,
humeris ponderosum Mercediadum Cælum susti
nere fortissimus. Hec me ergo tibi debita coēgit
Dignitas , in qua mihi Nolaci dignissimus , cum
successor , tūm omnium illius virtutum fœlicissi
mus imitator , nedūm successor videris. Ille prodig
a fuit Charitatis in Captiuos. Tu eandem in re
di-

dimendis illis īdolem redoles. Ille Relligionem ,
quāt̄ auspice Maria , & tanta nūtu Matris initia
tus est , mirē rexit , ampliauit , tutatusque est. Tu
eandem quoque & regis , & amplificas , & tueris.
Regis singulari prudentiā , & amoris dulcedine.
Amplificas virtutum censu , regulari obseruantia ,
honoribus magnificis , & Conuentuum numero ,
nouā modō in Aragonie Prouincia domo fundatā;
nec magnis parcis sumptibus , quibus Bilbilese
cœnobium , vbi fœlicitē , Relligionis bono , can
didam induisti togam , sūfulta eius ruinafia vetu
state , superbā extruis & renouas magnitudine.
Tueris denique ab ingruentibus hostibus , litibus ,
euensisque aduersis : ita vt patrocinio sis in omni
bus tuae Relligioni , nec alijs quidem quām æquita
tis artibus. Huc aduoco Ciceronis verba : *Nostri
autem magistratus* , inquit ille , *imperatoresque ex
una hac re maximam laudem capere studebant* , si pro
vincias , si socios æquitate & fide defendissent. Ita
que illud patrocinium orbis terre verius , quām impe
rium poterat nominari. Quid ego , Reuerendis. Pa
rens , de tuo fœlici Magistratu sentiam? Maxima
tibi laus debetur à Prouincijs & Conuentibus fida
tutela , & æquitate defensis. Et illud addam : Po
tius & verius vis illorum videri Patronus , quām
Præfus. Longior in decantandis tuis virtutibus
irem , si tuæ modestiæ grauis non essem , & meus
quidem libellus tanto oneri ferendo humeros ha

befer. Deus ergo optimus maximus , vt oro, te nobis
Sospitem feruet , & suis cumulet donis : vt dum
tua te Religio gloriatur Patre , se locupletatam in
dies sentiat sanctissimis incrementis. Matrii in hoc
Regali B.M. de Mercede Conuentu. Die 20. Mensis
Maij , Anno Dñi. 1702.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LI

LICENTIA ORDINIS.

Fr. Bernardus de Castro in sacra Theologia Magister, necnon vtriusque Castellæ humilis Vicarius Provincialis in Capite, Regalis, ac Militaris Ordinis B.M.de Mercede Redemptionis Captiuorum, &c. Tenore presentium , & autoritate nostri Officii licentiam impartimur R.P.F. Michaeli de Ulate, in sacra Theologia Magistro, ut obtentis, prius licentijs necessarijs, in lucem edat: *Diagogen Diu Petri Nolasco*, in tres libros partitam, & latino carmine cōcinnatam; cū Christi Domini morientis in Cruce lachrimabili spectaculo: cū certi sufficienter simus, de viro, probatæ authoritatis, & scientiæ nostræ Religionis, nihil dissenum , & oppositum optimis moribus continere: In cuius rei testimoninm præsentes literas dari iussimus, manu propriâ subscriptas, sigillo minori nostri officij communitas , & à nostro Secretario refrendatas: In hoc nostro Conventu Matritensi die vigesima , Mensis Aprilis , Anno Domini millesimo septingesimo secundo, & à Descensione, Sacrae Deiparae , nostræque Religionis reuelatione, & fundatione 484.

Fr. Bernardus à Castro,
Vic. Provincialis.

Iussu R.A.P.N. Vicarij Provincialis;

Fr. Petrus de Casas,

Pres. & Secr.

IVDL

IUDICIUM REVERENDIS. PATRIS
Magistri Ioannis Ignatij Malauchar, ex Societate
Iesu: olim Philosophie & Theologie Professoris;
nunc in Domo Professa Madritensi ex mu-
nere Ecclesiastæ.

Libanum, inter sacros Palæstinæ montes, & vbertate, & candore egregium, eo vsq[ue] cœtrum verticem, quod Apollineo Parnasso tributas olim glorias, iure optimo sibi asciscat, quis crederet? Libet mediùs fidius id re præstitum hac tempestate buccinare: dum miror, & gaudeo, Sanctissimi Petri Nolasco, celeberrimi Beatæ Mariæ de Mercede, Regij, ac Militaris Ordinis, Protoparentis excelsi laudes ea decantari dexteritate, ea pietate in medium produci, vt sine literarum iacturi, pristina Romana, Græcaque Poëeos lumina, in sua Phocidos antra recludi queant. Nec dubitarim profectò id decus nostra Hispaniæ additum à Reverendis, & Sapientissimo Patre Magistro Fratre Michaeli de Ulate: qui dum suam, erga Protoparentem Optimum, Gallia præstantissimam gloriam, egregiam pietatem ostendit, Patriæ etiam promouet eximiè decora. Videbis enim suscittari hoc ingenioso, & eleganti opere, vetustissimæ Maiæ Atlantis filia, cui quondam Bætica dicauit aras, recordationem: Necnon Schecam, Lucanum, & Sextilium Henam, Hispanos Vates, in memoriam reuocati, posterioreisque quasi expergesieri, Silium Ita-

Italicum, Decianum Emeritensem, Caïum Canium, Valerium Martiale, & Festum Auienum. Hos, quibus ingenio, & numine inferior non est elegantissimus Author, pietate vincit, conatu largè superat: dum tanti aggreditur Herois, de toto orbe egregie meriti, proclamare gesta. Ut sic iam Hispania illos, quibus etiam gauisa est, clarissimos, pariter ac piissimos, Damalum, Iuuencum, Orentium, Prudentium, Dracontium, reuiviscere intueatur. Id certè censeo, dum nouum de mandato D.D. Alphonsi de Portillo & Cardos, Curia Regia Madritensis Vicarij, opus istud venustissimum summa periuolui voluptate, vt cum Plinio Iuniore oportunè dicam: *Sum ex ijs, qui mirer antiquos, non tamen, vt quidam, ingenia nostrorum temporum despicio. Neque enim quasi lassa & effeta natura nihil im laudabile parit.* Id dixerim, tum de ipso præcipuo opere, tum de planctu in Christi obitu, breuitè, sed elegantissimè concinnato. Matrii in Domo Professa Societatis Iesu, Decimoquarto Kalendas Iunias, Anno Domini 1702.

Ioannes Ignatius Malauchar.

Santiago Cofani

LICENCIA DEL ORDINARIO.

Nos el Lie.D.Nicolàs Alvarez de Peralta , Protonotario Apostolico , Juez in Curia del Tribunal de la Nunciatura de España, Theniente de Vicario de esta Villa de Madrid, y su Partido, &c. Damos licencia, por lo que à Nos toca, para que se pueda imprimir, e imprima, el libro intitulado : *Diagoge Diui Petri Nolasto , cum lacrimabili Christi , Domini morientis in Cruce spectaculo*, contenido en la Censura antecedente, atento por ella consta auerle reconocido de nuestro orden , y no tener cosa que sea contra nuestra Santa Fè, y buenas costumbres de ella. Dada en la Villa de Madrid à 20.de Mayo de 1702.

Lic. Peralta.

Por su mandado.

Manuel de San Martin.

CEN-

CENSURA R. P. M. F. ANTONIJ BERNAL
del Corral, Diffinitoris, & Secretarij Generalis Ordinis B.M.de Mercede Redemptionis Captiuorum , & Examinatoris Synodalis Terraconensis.

O pusulum à R. P. M. Fratre Michaelie de Ulate in vitam Parentis nostri S.Petri Nolasco Latinâ Camenâ concinnatum , censuram iussu R. P. M. F. Bernardi de Castro Prouinciae Castellae, Vicarij Prouincialis, vt prælo mandetur, prolatus, perlegi. Fateorque libenter me librum totum percuruisse , longioremque exoptasse: quippe facundia, sententiarum abundantia , omniq[ue] , quo pollet, lepore incundo , demulcit animum. Digna sanè probbo , ac eruditio viro cogitatio , Parentis sui monumenta , tūm vernacula , tūm latinā , solutāque oratione sèpius conscripta , melodem in concentum transferre. Omnigenā enim sapientia debentur tanti Parentis laudes celebrari. Quandoquidem nequæ à verâ exulat deuotione Poësis, quin potius ipse deuotionis feruor frequentè carminum afflatus flammescit: proindequæ quandò quis Pegaseo labori incumbit , extra se rapi vix sentit ; vt non immeritò , sicut & Prophetæ , Poeta quoque vates nominetur. Hinc Prophetæ à diuino correpti spiritu , pluriè modulati sunt , vt in Psalmodiâ , Moysis , Habacuc & Annæ

Annæ canticis , atque in omnium excellentissimo ;
ac superlaudabili Beatissimæ Virginis Mariæ Can-
tico conspicere licet . Numini quoque Poetico , cui da-
tum est energiæ ; leporis ; concentusque dotibus vti ,
atque omni Rethoricae ornatu præstare ; insolens
effet alta mysteria , & Heroes undequaque conspi-
cuos , lyræ citharaeque cantu non extollere . Ideoque ;
& quia in hoc opere omnia Sacra Fidei , & Christia-
nis moribus consonant , dignum iudicio luce publi-
cæ . Præterea , si Censoris leges licet transgredi ,
encomiasten in laudem Authoris me his modulis
gesero .

Pangat ut Clío calamo boante ,
Sacra Nolasci modularē facta ,
Quælo , qui Musas , Michael , canoras
Numine tractas .

Hic chorus dulcis resonat sororum :
Sola cum laruis fugit hinc Thalia ;
Absque nam fucò canis acta Petri

Candida Ulate .

Consonis pergis merito Parentis
Vocibus sancti celebrae laudes :
Quosque captiuos libyæ ex atrocí
Carcere soluit .

Vt tibi Musæ famulentur omnes ,
Sacra te pulchræ Sophia corona
Cingit , & cunctâ rutilas decorus
Fronde Minervæ :

Iure

Iure Nolascus populi Redemptor
Iam tuæ dignus scopus est Camænæ :
Debet Heroem quoniam intonare
Carminis Heros .

In hoc Matritensi Conuentu Regalis , ac Militaris
Ordinis Beatae Mariæ de Mercede Redemptionis
Captiuorum , die 29. Mensis Maij , Anno Domini
1702.

Fr: Antonius Bernal
& Corral.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CEN-

CENSURA REVERENDIS P. MAGISTRI
Fr. Emmanuelis à Matre Dei, Regij Concionatoris,
olim Salmantini Collegij Rectoris, & Comuentus de
Ribas Commendatoris, sue Provinciae Diffinitoris;
Pro ea Redemptoris, Ordinis Discalceatorum
B. M. de Mercede Redemptionis
Captiuorum.

Regij, ac Supremi Senatus iussu legi, non semel;
& quidem iucundè, dulcique mihi oblectatio-
ne, Diogenen Diui Petri Nolasco, cum lacrimabile
Christi Domini morientis in Cruce spectaculo, à Reue-
rendissimo Patre Magistro Fratre Michaele de Ula-
te, olim in Salmanticensi & Complutensi Collegio
Sacrae Theologiae Lectore: his iamque Academicis
perfuncto laboribus, Cœnobij Caracensis, Segovien-
sis, Conchenensis, & Optensis Commendatore, atque
Salmantini Collegij Rectori; canoris compositam
numeris, adeoque mihi suauiter sonantem, ut in eius
cytharam Homeros, Virgilios (sacratius dicam) Na-
zianenos, & Paulinos aduolasse putarim.

Ita equidem mira Parentis nostri Nolasco gesta
insonari oportebat, postquam à multis, iisque erudi-
tis viris, Latio idiomate, & Hispano, vbiique gentium,
fuerunt perulgata; restabat ergo Heliconia lingua,
Pegasiaque lyrâ decantari. Efflagitabat & hoc pro-
fectò Sanctissimum Nolasci munus: ideoque, quem
admodum Christus Dominus, celestis & primus om-

nium Redemptor, in ipso redimendi opere, triplici
celebratur & colitur lingua: ita Nolascus, qui à tam
Diuino Redemptore secundus est Redentor, ob fla-
granter tanti munera charitatem, iam denique, &
iure optimo, Aonijs modulis, soluto latinè sono, &
Hispano, cœlum vlique extollitur:

Hæc eadem etiam causa fuit Moysi, ob quam
cecinit carmen Domino. Vedit enim Deum tunc, Pha-
rio in vndis Rubri Maris modo Rege submet-
so, gloriosum Israelitici populi Redemptorem:
quem, vt pleniū dulciusque laudaret, tamque adeo
stupendum commendaret factum, carmine vti dul-
citione satis commodum illi visum est. Fuerit ergo
exemplo Vates Moses Nolasco Vati: percutiat
vterque lyram: cantet ille Redemptorem Deum;
cantet iste Nolascum Redemptorem;

Pandite nunc Helicona Deæ, cantusque mouete:
Digniū haud vñqnam, Vates dum cantat Ulate
Clara Redemptoris Nolasci gesta Parentis.

Præterea laudo in hoc doctum Mercediadum
Poetam, qui tot videns egregios Poetas Phœnicem,
sanè dubium, vel certè fictum, mirè suis carminibus,
nunc amomo Ambrosioque vicitantem rore, nunc
Pancharæ renascentem pyrâ, celebrantes: forte, ut iu-
dico, voluit Parentem suum, qui nectareæ, dum vixit,
charitate pastus est: quique in huius fragrantí mo-
riens rogo, toties renascitur in filijs, indubitatum ca-
dere Phœnicem; ut quem anteriora in Mariani ni-

Ioan.
19.

Ex. 15

dulo Libani sacula viderunt : posterioribus illum
immortalis mandet Clío ætatibus , & temporum
fastis.

Nihil ergo in hoc eleganti opere diuinæ Fidei est
dissonum, nihil bonis moribus aduersum : quin ma-
los paſsim carpit, virtutes sedulò laudat : carmen si-
cuti est suaue , ita de suo Sancto Herœ est integrè
sanctum, verque in tota Parentis nostri Diagōge , &
in lachrimabili Christi Domini mortientis in Cruce
spectaculo, religiosi , & pifissimi Poetæ resonat dulce-
do. Sic centeo in hoc almo Matritensi Conuentu
gloriosæ Virginis & Martyris Sanctæ Barbaræ , Or-
dinis Discalceatorum B. Virg. Mariæ de Mercede
Redemptionis Captiuorum. Die 19. Maij, Anno Dñi

1702.

Fr. Emmanuel à Matre Dei.

L I C E N C I A.

Don Tomàs de Zuazo y Areſti , Secretario del
Rey N. S. y su Escrivano de Camara , de los
que residen en el Conſejo, certifico, que por los Se-
ñores dèl se ha concedido Licencia , y Privilegio al
Padre Maestro Fray Miguel de Ulate, del Orden de
Nuestra Señora de la Merced Calçada, para que por
tiempo de diez años pueda imprimir , y vender vn
Libro que ha compuesto , intitulado : *Diagoge Diui
Petri Nolasco*, por el original que vā rubricado de mi
rubrica, y firmado al fin de mi nombre , con que an-
tes que se venda se trayga al Conſejo juntamente
con el original, y certificacion del Corrector de es-
tar impreso conforme à él , y se tafe el precio à que
se ha de vender , guardando en la impression lo dis-
puesto por las leyes, y pragmáticas de estos Reynos:
Y para que conste doy esta certificacion en Madrid
à 20. de Mayo de 1702.

D. Tomàs de Zuazo
y Areſti.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IN LAUDEM ELEGANTISSIMI OPERIS,

R.P. M.F. Joannes Interian de Ayala, Collegij Verae
Crucis Ordini's Regalis B. M. de Mercede Redemp-
tionis Captiuorum Meritissimus Rector: olim Philo-
sophie, modo Sacrae Lingue in Salmantina
Academia Proprius Mo-
derator.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

Prodi iam minio,cedroque cultus
Exacto decies politus vngue,
Argutis resonans modis libelle:
Famam (dum vigeant nouem Camænæ)
Auctori celebrem daturus olim;
Quo nil candidius,venustiusve
Vidit Castalidum chorus fororum.
Quem Phœbus Pater,& nouem forores
Amant,non secùs ac suos ocellos,
Parnassi decus,vtque (credo)dignum
Quem suum celebres velint Athænæ,
Quem suum veteres velint Latini:
Cui multum sacra contulir Minerua,
Musas dum coleret seueriores.
Qui non hic Veneres,cupidinesque,
Sed præclara nimis Senis beati
Facta,queis meruit tenere Celsa
Puri culmina præminens Olympi,
Docto carmine personat Nolasci,
Cui dulcissima nectaris benigni

Certatim sua dona contulesunt
Diuinae Veneresque,Gratiæque.
Quarè nil metuas,peto,rogoque
Istorum,liber hinc ineptiorum
Nasutos hominum iocos,Crisesque
Qui,quod non capiunt,procacitate
Traducunt stolidâ:sed vt virorum
Doctis auribus omnium proberis,
Tot annis pluteo iacens,latesque
Prodi iam minio,Cedroque cultus,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
GENERAL DE BIBLIOTECAS

BENEBOLO LECTORI.

D quod in Sanctissimi mei Parentis laudem (Amice Lector) penè iuuenis canere cæpi , modò iam senex in lucem edo . Et quidem longissimis intermissionibus depositi multoties , & resumpsi calamum , ad pugillare que rediui ; nam quandoque meus sex annos , quandoque quatuor , vel ut minimum duos , incæptus conticuit cantus , & male feriata est nostra Aonio in specu Camæna . Dum enim graviorib[us] inuigilo studijs placidiora dimisi , & receputi cecini , Postea vero illis iam perfunctus , & rude donatus , non meā sponte , sed Superiorum , regendi onus quinques subire cogor : & in primo , vt recordor , cui præfui , conuentu , non solum nihil incrementi meis versiculis attuli , sed etiam eos pauculos amisi . Ijs tamen , me iam absente , per amicum accurate qualitatis , & mihi restitutis , in Salmantino Vera Crucis Collegio , cuius tunc eram Rector , omnium clarissimo certè Musarum Parnasso , ad illas quasi postliminio me recepi , incæptumque horis succissitus persequens opus , ferè vmbilicum usquè perduxī . De titulo autem libri admonere te necessarium duxi , quod quamvis Diagōge græcē , latinē vita sit , malū illum græco vocabulo , quam latino insignire : quia ad exprimendas Sanctissimorum Patriarcharum , & Sacrarum Religionum vitas Conditorum , dilucidius

dius & explicatiū mihi visum est vocabulum Diagōge , quām vita . Illius enim significata sunt *Statio* , *Conuersatio* , *Institutum vita* , *Ratio* , *Dispensatio* : quæ omnia in illorum vita distributa apertissimè videntur . Vita vero vocabulum genericum est , & confusè excurrit per quæcumque vitæ tramitem : quo circa , ad expromendam contradictionem vitam , qualis est alicuius sancti privati vita , commodius est . Sicut enim priuatorum hominum vitæ limitatores habent partes ; Regum vero & Principum splendidiores latioresque : ita sanctorum priuatorum vitæ , atque Patriarcharum . Vnde in istorum vitis explanandis explicatori vtendum esse putauit vocabulo : subindeque operæ pretium existimauit , quam de meo Patriarcha & Conditore canere vitam institui , Diagōgen appellare . Præterea meis elegis affixi lemmata , vt hæc , si maiis , sola legas : quæ quidem eadem de causa præscripsit Poeta Martialis suis Apophoretis . Mihi denique placuit lachrimabile Christi Domini in Cruce morientis spectaculum addere operi meo : vt quod à vita Redemptoris Nolasci incæpit , in morte Christi Domini finiret . Et congruentē fatis , te etiam indice , Christiane Lector : quia ille omnium Redemptorum maximus est Redemptor , diuinā idæ , exemplarque cœlestis . Cedant igitur in laudem illius , in suumque finem illæ reuertantur , quascumque mea de meo Parente tenuissima Musa cecinit laudes . Nec deerunt , iam video , quibus mea

mea displiceant cārminā , & fortē his qui non meliora faciunt, atque adeo inconditē illorum auribus obstrepen, vt putent se inter argutos olores anserem audire; Non inficior. At vita, gesta mira, flamma Charitatis, exantlatique pro redimendis captiuis Nolasci labores, non illis utiqūe displicebunt. Hoc mihi satis est. VALE,

VERITATIS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE INVESTIGACIONES
DIA

Pág. II

DIAGOGES
FERVENTISSIMI REDEMPTORIS
DIVI PETRI NOLASCO
PARENTIS NOSTRI:

REGALIS, AC MILITARIS ORDINIS
Beatae Mariæ de Mercede Redemptionis
Captiuorum,
Cœlitis electi Fundatoris, & Patriarchæ
LIBER PRIMUS;

CAPUT I. De eius Patria & ortu fælicissimo

LEMMA I.

Sanctissimi Parentis Patria, à situ, & causa amissi
nominis antiqui, ab eo tandem quod eius
Patria sit, commendatur.

T E, Nolase Parens, qui Christi imitatus amore
Christicolas Libyco tollis ab hoste cano.
Nati impellit amor, quo sit veniabilis austus,
Me tua velle rudi gesta sonare lyra.

A

AE

mea displiceant carmina, & forte his qui non meliora faciunt, atque adeo incondite illorum auribus obstrepent, ut putent se inter argutos olores anserem audire; Non inficior. At vita, gesta mira, flamma Charitatis, exantlatique pro redimendis captiuis Nolasci labores, non illis utique displicebunt. Hoc mihi satis est. VALE,

VERITATIS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE INVESTIGACIONES
DIA

Pág. II

DIAGOGES
FERVENTISSIMI REDEMPTORIS
DIVI PETRI NOLASCO
PARENTIS NOSTRI:

REGALIS, AC MILITARIS ORDINIS
Beatae Mariae de Mercede Redemptionis
Captiuorum,
Cœlitis electi Fundatoris, & Patriarchæ
LIBER PRIMUS;

CAPUT I. De eius Patria & ortu fælicissimo

LEMMA I.

Sanctissimi Parentis Patria, à situ, à causa amissi
nominis antiqui, ab eo tandem quod eius
Patria sit, commendatur.

T E, Nolase Parens, qui Christi imitatus amore
Christicolas Libyco tollis ab hoste cano.
Nati impellit amor, quo sit veniabilis austus,
Me tua velle rudi gesta sonare lyra.

A

AE

2 Dioges Diui Petri Nolasco

At nati Muia dabis ipse in carmina vires:
Deque tuo alta mihi numine vena fluet.
Est locus, antiqui Galli dixere Recaudum,
Nune parvus, quāquam vrbs nobilis ante fuit:
Vbere qui glebae floret, quemque alluit vndis,
Iunctus vi Regis Pontus vterque fuis: 10
Quique vrbes ipse exiguis circumspicit altas,
Nobile Carcallum, reque, Tolosa potens:
Et te, Naudarri, propius, nam longius illas;
Hinc turis cedunt iugera multa loco:
Ergo illi Sanctarum amissio nomine prisco, 15
Fausta Puellarum Mansio nomen inest.
Nec pia causa latet majori digna Camæna:
Vtor parvus ego sed modo sorte data.
Nempe Tololana perfundis sanguine Mitram,
Saturnine, tuo primus in vrbe sacram. 20
Membra iacēt, & honore carent inhumata sepulchri:
Quæ sunt sideribus digna, nec vīna tegit.
Hoc teneræ crudelē nefas videre puellæ,
Et lachrimas oculis vtraque virgo dedit.
Auxit amor Pietatis opus, Nam protinus ausæ 25
Tollere Pastoris corpus inane fui:
Effossaque altè, ludo sit ne hostib⁹ vltra,
Mæstis abscondunt fletibus illud humo.
O vera Pastoris oues! ò german ouilis
Virgineum! Christi ritè virile genus! 30
Non vos extinti ossa Patris sub nocte tulistis,
Sed dum Phœbus adest, festis & hostis erat.

Tunc

Liber Primus.

3

Tunc hostem sœuum, & pœnas t'preuistis acerbas,
Quæ grata officij lucra fuere pij.
Illas ergo truci gens barbara verbere torsit, 35
Et cœco castas carcere clausit oues.
Adiecitque cruces crucibus, quibus impia vidit,
Pro Christo sponsas plus didicisse pati.
Denique, vt exili⁹ absumantur funere longo,
Immani illas trusit ab vrbe ioco. 40
Pulsæ ita, quæ meruere coli, venere Recaudum,
Prælia cantantes auspice victa Deo.
Quodque ibi per sacra manserunt tempora vitæ,
Est locus antiquis Mansio dictus aus.
O felix, quæ virginibus selecta duabus, 45
Et vita fulges Mansio luce suæ!
Sed fors hac non sola tibi, vt felicior essem,
Facta est Nolasci Patria clara pij:
Dignaque vagitus Pueri excepsisse tenellos,
Reptantesque pias sustinuisse manus. 50
Sis eti⁹ oppidulum fastuque & mole pusillum:
Vrbibus at magnis plus in honore nites;
Nam triplici sub sole micas: sed quo magis, ille est,
Cui faustè Eoum diceris esse solum.
Excipis orbe alio depulso hospita soles, 55
Alter & in proprio nascitur orbe tibi.
Vrbibus, vt Bethlem, tu sic æquaberis altis:
Inter Judæas non fuit illa minor.
Quippe Redemptori dedit incunabula Christo,
Promissio terris Isacidumque Duci. 60

March.
Michæl.

A 2

Tu

4 Diagoge*Dni Petri Nolasco*

Tu quoque Nolasco, tanti ut vestigia ferueret
Sacra Redemptoris: se similemque gerat.

LEMMA II.

Apes ad Pueri Nolasci cunas connolantes, in eius dextra mellis fauum finxere.

Dum Puer illustri vagit Nolascus in aula,
Dum nitet in pulchro pulchrior ille thoro:
Dum matri arridet, Puer arridentque Parentes,
Festo dum resonant aurea testa ioco:

Ecce salutatum cœlestis Juppiter illum

Hyblæo pastas vertice misit apes:

Vtque ferant flores, ut mella fauosque Puelli

Stipent in dextra dulcia dona manu.

Implent iussa Dei, inque manu benevolentia figunt
Oscula, dum ferueret melleus ille labor.

O quantum Pueri dextra defertis honorem,

Cui vos non vobis mellificastis, apes!

Macte Puer, flores tibi odora crepundia cedunt,
Et cœlestis apum nectaris arte fauos.

Hinc dulces volucres te tanquam numen adorant.

Hinc campi tecum florea turba micat.

Quis Puer iste, putas, erit? Ecce manum, illa reuincit,
Quod cœlo, & mundo dulcia facta seret.

Et mihi, melliflao quæ se velut indice produnt,
Sunt, fateor, miris mira canenda modis.

Fert ceram per pulchra manus, fert mella fauumque,
Quem melli format plurima cella cauum.

Cera

Liber Primus.

5

Cera data est luci. Puer en radiabit in orbe,

Atque suo frigens igne calebit inops.

Nectar amara fugat. Puero iam plaudite serui,

Seruitij dirum qui relevabit onus.

Plaudite Christicola, quod vobis Maurica vincla,

Dura licet, mellis more, liquata fluent.

Iam Seruator adest, per quem remeare licebit

Cum chara ad proprios coniuge cuique lares.

Denique, & ipse docens in cella querere cœlum,

Natorum ducet agmina sacra Deo:

Iure Parens, ignita Religionis & Author,

Dulcis ut ostendit cerea cella faui.

LEMMA III.

Christo, vista iam morte, Rediuncto mellis fauus offertur, Nolasco in ortu.

Funeras postquam Christus disrupterat umbras,

Nectaris illi offert gens bene amica fauum.

Luc. 24.

Vix Nolasce salutaras bona limina vita,

Cum tibi dant dulces par quoque nectar apes.

Cur, nisi quod mortis stimulos infregit acerbos

Christus, ut essemus præda redempta sibi?

Cur, nisi quod Puer insipidae mala spicula culpæ

Vincet, & afflictis lene leuamen erit?

Hoc igitur magnum cogit me Musa sonare:

Ad vitam similes, hic venit, ille redit.

10

Ex alio, & tumulo, geminos mel concinit ortus:

Vtque fauus nobis mellis vterque sapit.

A 3

LEM-

6 Diagogenes Divi Petri Nolasco

LEMMA IV.

*Apes ad suum mellificium palme Nolasci dextre
insederint. Ergo manum habebat apertam,
futura erga pauperes munificentie
indictum.*

Expli cat ille, rosas loquitur vel hiante labello,
Se facit & pulchro floribus ore parem.
Arqui non infantis apes augusta decori
Ora petunt: florem præteriere suum.
Credo quidem, ut videre manus, orisque decorem, 5
Ire vel in vultus, vel dubitasse manus.
Auxiliaris agente Deo fert dextra triumphum:
Hanc plaudens bombis agmen adorat apum.
Numinis ingenium patuit, voluitque videri,
Se forma spreta, corde manuque capi. 10
Non ideo flores, vel defuit alma venutas:
Haud Pueri his potuit larga carere manus.
Illa fuit (video) Sponsi velut æmula sancti,
Aurea sphæra, inopi quæ citò ferret opem.
Cuius & ad gemitus hyacintis plena gembat, 15
Tam cœlo propior, quam color ille refert.
Ergo allexit apes, cœli quam flore refertam,
Quamve pia norunt indolis esse, maius.
Cœlica quid non forma potest, extenta manusque,
Ad quam configuant pauper apesque simul: 20
Nam Puer à cunis palmas extendere apertas
Edocetus, palmas pauperi apique dabat.

Cant. s.

10

15

20

Re

Liber Primus.

7

*Regibus exemplo nostri sit stemma Puelli
Nobile, Aperta manus ex oriente suo.*

Hos sibi Doctores celebrat si Ecclesia magnos, 25

Qui in medio erudint ore patente sui:

Nascentem excipiat: plausu exhilarata salutet

Ipsa nouo: Doctor nam venit ille nouus.

Quippe sui in medio populos docet ore silenti:

Sat sibi faunices est aperire manus. 30

Et minor est, vt vera canam, facundia lingua;

Quæ dat opem miseris, plus manus ista docet.

Par Puerto cedat laurus, quæ cesserat illi,

Qui dulci Ambrosias exprimit ore dapes.

Par inquam: paribus debetur laurea compar: 35

Ille manu, hic placidas ore recepit apes.

Ergo felici celebrabitur omne vterque,

Dulci hic, ille pia, Doctor ab ore, manu.

LEMMA V.

*Apes in leonis ore Thamnatheti, Nolasci vero in
manu, mellificarunt.*

Sæua lacesitus fremitantem bella leonem
Thamnatheti Sanfon dilaceravit agris.

Iud. 14.

Postque dies aliquot libuit spectare triumphum,

Rursusque impavidus Martis adire locum.

At sua iam dulcem tulerat victoria fructum,

Victorique labor profuit ille suo.

5

Florilegas inuenit apes, quæ melle fluentem

Mortuæ in ore feræ composuere fauum.

A 4

Hic

8 Diogenes Diui Petri Nolasco

Hic mores sacra Musa doce, Mysteria pande:
Cur Puer iste manus, os leo dulce tener? 16
Subdola non Puerum maculabunt crimina linguae;
Non disset fuso, nec simulata loqui.
Quippe alte sapient cœlesti Numine doctus,
Et reprobare malum, riaque bonumque sequi.
Facta dabit iucunda Deo: tum sentiet orbis 18
Auxium, innocua quæ feret ille manu.
Hanc designat apis, mira quasi præficia dextræ,
Quæ fructus vincet valde operosa fuos.
Hinc manus est Pueri, non os, quæ melle potatur:
Quod linguae verbis nobile præstat opus. 20
Est virtus operum effectrix celestium, & inde
Sedula virtuti plus valet ore manus.
Heu infelices nimium, nimiumque cauendi,
Qui mellis vocem, factaque tellis habent.
Hos bene depingit dulci leo mortuus ore: 22
Dulcia non vitam verba, sed acta probant.

CAP. II. De Pueri Nolasci lachrimis.

LEMMA VI.

Pantere præsenti, donec illi succurritur, flet No-
lasci infans: nescia inerendum matris Puellu-
lum blande carpit.

Q Uis mi Pupe dolor? Cur fles mi Pusio dulcia?
Pulchraque sollicitis fletibus ora rigas?

Par.

Liber Primus.

9

Parce oculis, mea lux, teneris: ah! desine fletum:
Ah! molto roseas obruis imbre genas.
Ah! gemmas fundis liquidas, nec perdere sentis: 10
Non secus Heliadum succina gutta fluit,
Non pluit, in cœlo cum fulgent altra sereno;
Ergo abeant fletus, fulgida stella, graues.
Flere nimis, portendit mœstum infantibus omen:
Finitur lachrimis vitaque cœpta suis.
O generose Puer, clarisque parentibus orte,
Cur te his magnanimum questibus esse negas?
Iam suspende meo, fili, tua brachia collo,
Inter & amplexus garrulus esto meos.
Haud cessas, nec me, nihil & nostra oscula curas? 15
Aspera in exiguo pectore corda geris.
Hæc nutrix: quæ si plorantem vincere posset,
Fecerat ille nihil: fecerat illa nimis.
At bene blanditias, superatque altricis amores:
Nam miseris celarem non sibi poscit opem. 20
Pauper adest, vide ut à lachrimis non téperet infans:
Tota sui miser est causa doloris inops.
Flent oculi iulsi: impellunt pia viscera fletum:
Et vidiisse inopem, condoliisse fuit.
Aurū & nummus abest: Puer, vt succurrat egenis, 25
Dum pia dant lachrimas lumina, dat quod habet.
Luminis officio ceillerunt lingua manusque:
Roscida dat flendo pupula, flendo roget.
O Pietas, Pueri regalis fascia parui,
Quæ licet in tenero Principe, magna nitet!

30
Sic.

10 Diagogenes Diui Petri Nolasco

Sic, animi est mitis, largos producere fletus:

Hac Cœlum Pueros nobilitate parit.

Eia, stipes longis dantur singultibus emptæ:

Indiga veloci cum pede turba veni.

Sunt faciles, humili nec oportet poscere voce:

Post Pueri fletus se quasi munus habent.

35

Non etenim frustra pro vobis fleuerit ipse:

Sed sic abripuit triste roganis onus.

Currite: iam sero & pigri venisse dolebit:

Cum fudit lachrimas, largius ille dabat.

40

LEMMA VII.

Puer Nolasco, toruo vultu, & lachrimis, Albigenes insectatur hereticos.

Succedunt lachrimæ lachrimis: rigat ora Puerus,
Magna sibi quoties & pia causa subit.

Scilicet Heroi visebant ampla parentis

Claro coniuncti sanguine tecta viri.

Quos furor Albensis rapuit, vel ceperat error,

5

Partibus & studijs implicuitque nouis.

Non semel hi Puer ad blandiri, & figere in ore

Mellitis tentant bafisia grata iocis.

Hinc Puer increpitans oculis, vultuque minaci,

Frenat eos, motus plectit, abesse iubet.

10

Aulam postremò teneris vagitibus implet:

Augurat & lachrimis non leue adesse malum:

Nempe homines lepræ infectos albore fugandæ,

Quosque color iussit nomen habere suum.

Non

Liber Primus.

11

Non Puer horreret gypsatis ludere laruis?

Albaque se iuxta ferre sepultra pedem?

Non illum terror lamiarum & Panicus vrget;

Monstra pauet, quæ Albis gutture hiantem vomit.

Qui nec apum stimulis armatum exhorruit agmen:

Quique exceptura risit adesse manu;

20

Nunc hominum lusus timet, & propulsat amores:

Quod videt ore homines, corde sed esse feras:

Absimiles apibus, diris similesque locustis,

Ore venenato quæ sata culta metunt.

Et tibi, Arachne, almas aduersum Palladis artes,

25

Ordiri telas exitio ausa tuo.

Falsa quidem mittis de turpi stamina ventre:

Has gula doctrinas ructat, & alius amat.

Denique non libas dulces, vt apicula, succos:

Colchica de sueto flore venena vomis.

30

Turpe Nouatores populis nam dogma propinant:

Fontes ore sacros inficiuntque suo.

Heu desertores veri improbitate tenaci,

Quos iuuat hoc vnum, Nil tenuisse pium!

Pelle procul, Puer, & nocuos discerpe colubros:

35

Iam Puer in cunis Hercule maior eris.

LEMMA VIII.

R

Ea potius de causa coram Albigenibus Puer No-

lascus illachrimat: quia indigne & sacrilegè

sentiebant de Virgine.

O Pueri fletus, quid non prædictis altum?

Aut quæ militiae non sacra iura pia?

Al-

12 Diagorges Diui Petri Nolasce

Altius has lachrimas votiuā edissere Musa,
Vt causa tantus stet grauiore dolor.
Stant Puerō coram illibata Virginis hostes,
Fœda in Cœlum ausi nubila ferre suum. 5
Inque adieruatum semper sine labē pudorem,
Quo sacer effulget Verbiparentis honor.
Vt Venerem singunt, quæ vt Sol electa nitescit:
Fixit vbi Omnipotens atria pura sibi.
Illa Sol vestit, capiti dant sidera fertum,
Luna cothurnatos efficit alba pedes;
Sorder & hæreticis, Soli associantibus umbras,
Et Lunæ maculas, sideribusque notas. 15
Quis ferat hæc? Puer haudquaquā: quin protinus iras
Virginis in Momos egerit ipse sacras.
Vt vidit, fleuit, praborumque impulit error
Sancte hominum, qui nec tangere sacra timent.
Ceu, letam cœli faciem cum nubila condunt,
Obscurat vultus cœrula gemma suos: 20
Ægrè damna ferens cœli, consorsque laboris,
Cælo congenerem se probat esse satam:
Haud aliter rutilæ mendaces Virginis hostes
Mæsto cum lachrimis excipit ore Puer:
Vtque suos deflet Diuæ quoquaque labores, 25
Certò vaticinans quod sibi mater erit.
Heu immite pijs exhaustus vulnus ocellis!
Heu tenero insedit tam fera plaga loco!
Tacta sui est oculi pupilla in Virgine læsa,
Sequic Puer Diuæ nictat amore pati.

30
Nec

Liber Primus: 13

Nec melius, quo pugnet, habet, quam lumine flentis
Quo magis, hac acie, Virginis vltor erit?
Dum lachrimas iaculat, turpes perierte lituræ:
Diluit hostiles luminis vnda notas.
Vtque Aurora prius diffuso rore tenebras 35
Alba fugat, clarus denique Phœbus ouat:
Lumina sic Pueri irrorant, fugit improba nubes;
Irridiat toto Virgo beata polo.
Macte Puer, qui deploratos abijectis hostes,
Qui pro Verbi para lumine & imbre tonas. 40

LEMMA IX.

Sistit lachrimas & singultus verit in gaudia Puer
Nolascus, sibi vel tradita Virginis icone, vel dum
traditus ipse est Sacerdotum, aut pauperum
brachijs gestandus.

H Eus Morpheo, veni, Pueri modo lumina falles:
Asper abi fletus: blandule somne, veni.
Eia age, dum molli tracto vertigine cunas,
Concino dum versus, blandule somne, veni.
Aurea ni fugias cunabula, somne, venito: 5
Ni blandos fugias, blandule somne, thoras.
Heu operam perdo compellans Morpheo surdum!
Flet Puer, & nullam fert mihi numen opem.
Forte velit palmis dulces pressare papillas,
Quæ sibi iucundi pocula lactis erunt. 10
Suspenderat lachrimas, si captus ab ubere pendet,
Et roseo lauces exhibet ore suis.

Eia
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez

14 Diagogenes Divi Petri Nolasco

Eia Puer, quantum proft, satiabere laete:
Et nolle, ut citius, pectora veste tegi.
Ia nostris breuis en mora) te, mi Parauile, in vlnis, 15
Et mea blande inter pectora nuda premo.
Heu perfiftis adhuc, Puer, & penes vbera, flendo,
Pulchra que iejunus durius ora rigas!
Vix scio, quid faciam: Experiar, num Matris imago
Reddere te latum, Virginis vna potest. 20
Parue, vide, vide, ut est pulchra, & bene picta papyrus.
Nescis quam vultus exprimat illa sacros.
Tu cape vtraque manu supplex: oculisque Parentem,
Oreque deuoto, iam venerare piam.
Quam benè conieci! vix tristia traxit imago
Lumina, cum veluti sidera clara nitent.
Diffugere graues nitida sub imagine fletus;
Et Pueri visa est splendida in ore dies.
Heus rides, mirande Puer, iacto que stupore,
Lachrimulas magno fistis honore Deæ. 30
Hanc quoque testaris risu te noscere Matrem:
Iam, Jouis & mensa, & Virgine, dignus eris.
Gratulor ipsa tibi, pietæ quod Virginis vmbram,
Non minus ac Diuam, sic reuerere pius.
Gratulor ipsa mihi dulce inuenisse leuamen, 35
Quo facile à lachrimis te releuare queam.
Dehinc mihi, quando aliter nequea, succurret imago:
Auxilium afflictis ipsa duobus erit.
Nam cum magna vagat recitans per tecta Sacerdos,
Pulsat inopsve pias voce manuque fores. 40

Noui

Liber Primus.

15

Noui oculis animisque tuis experta mederi,
Gratum propiciens quemlibet esse tibi.
Sæpe Sacerdoti, Pater, vlnis accipe, dixi:
Horret foemineas fors Puer iste manus.
Vel nouit sacras deuotus tendere ad aras 45
Rebus in angustis, in grauibusque malis.
Vel se metiri sanctis vult Parvulus vlnis,
Vel vita normam prouidus inde parat,
Juppiter ut tutus Dictæo vagiat antro,
Curetes lachrimis are crepante fauent. 50
Fleret Puer sinit hic complexus flaminis vlnis,
Et ficto discors incipit esse Joui.
Illum ego sæpe dedi, Ire, tuus pannose lacertis,
Et feliſ subiit sordida colla modis.
Non ebur huic sellam, vel currum præbeat aurum, 55
In pretio qualis pauperis vlna fuit.
Non thorus huic mollis roseos expiret odores,
Pauperis ut fuerit blanda & odora manus.
O quantum pompas carpit fastusque potentum,
A se mendicos qui procul esse iubent! 60
Curru Romanus seruum dignatur eodem,
Et gaudet lauris inseruile stus.
More triumphantis Puer it sublimis in vlnis:
Pauper erat currus, sellaque pauper erat.
Victorique nouo accessit noua pompa triumphi, 65
Cui numquam similem viderat ambitio.
Qui tibi, pauper, onus nunc est, dat seqüie ferendum,
Te feret, & grauius post tibi tollet onus.

Pan-

16 Diagorges Divi Petri Nolasco

Pande humeros Puer, da brachia, collaque subde:
Quippe tibi Aeneas hic pius alter erit. 70

LEMMA X.

Vertitur ad populum Sacerdos, Orate fratres dicti tu-
rus: nibil tamen ex eo auditur, nisi: En Ecclesiæ
Propugnaculum, & pauperum Pater. Cœlo Puerum
Nolascum, qui in vlnis nutricis aderat,
presagiente.

D Elphica nil sonat ex adytis cortina prophanis;
Nil tibi fatidicus mugit Apollo, Puer.
Fallere qui nescit, Deus ipse oracula pandit
Firma magis cœlo, sidere firma magis.
Ecce lubens, sacra cum primum sisteris æde,
Spiritus in Mysta vocibus almus inest.
Ille aderat sacris operans, laturus ad aras
Christum, se dantem pabula viua pijs:
Cum, verso ad populum vultu, iussurus ut ore,
Ut ferat vñanimes victimæ sanctæ preces; 10
Sic te, Sancte Puer, diuino ex ore Sacerdos,
Spesque tuas orbi, qualis erisque, canit:
Ecce Ecclesiæ Atlas, tantus cui incumbet Olympus,
Pauperis ecce Pater, Præsidiumque plium:
Obstupet ad sonitū, tēplique immurmurat ingēs, 15
Teque, Puer, sequitur laude oculisque simul.
Vtque Deus pateat venturi carminis Author,
Mysta noui iurat se recitasse nihil.

Nesci-

Liber Primus:

17

Nescit quanta tibi fœlix præfagiatur oscenſ
Cœlitus, O! didicit sic loqui, & alta loqui. 20
Namque putans solitum populo se dicere carmen;
Protulit infuetos nescius ille sonos.
O Deus, vt video, hunc Puerum concedis honorem,
Ut de illo solus tu videare loqui.

CAPUT III. De Nolasci pueritia, & Sanctis
oblectamentis

LEMMA XI.

Dulcis & grata Puer Nolasco erat oblectatio, cum
eleemosynam pauperibus ministrare, tum cum illis
Deum orare: tum in domum paternam, quos vi-
debat peregrinos, opitulandos
inducere.

T E similem pueris Puerum, Nolasce, putabam:
Ætatemque nuces posse decere tuam.

Me decepit enim viridis natura Puelli
Nata ioco, vt piatis tempora verna rosis.
Concessos pueris ludos, atque otia grata,
Inter delicias abnus esce tuas.

Nil puerile iuuat: nec more equitantis in aula,
Vestitus arundinco currete disceis equo.
Ludere par impar, pueris hoc linquis auaris:

Ne te illis faciat dira cupido parem. 20
Nec te concussum delectat turbo flagello:
Qui læsiure potest, verbere ludat, ahs.

B

E

18 *Diagoge Diui Petri Nolasco*

E celo te penti vocant, peragisque decorè:
Nobile nec pateris serpere pectus humi.
Provida pauperibus mentisq; cibosque parabant 15
Quotidie, ut censem tecta paterna sacrum.
Fixit ibi charos secura ciconia nitidos:
Ad quæ confugias atria, pauper habes.
Huic patris morem a cuius, Nolasce, bibisti,
Quem fructu mitis signat oliua suo. 20
Nulla dies miseris aderat, nec agebat Apollo,
Quæ, Nolasce, tuā non utilaret ope.
Nam pia postquam illos, & diues iportula iunxit,
(Heu tua quam dilpar Roma superba fuit.)
Te Pietas volitare facit, remoueque ministrum: 25
Cede, ais, à nostris, serve, recede iocis.
Ipse manu tribuis largà nummosque dapesque:
Ipse rapi dignus pro Ganymede Jou.
Tu tamen haud raperis, cum sis formosior illo:
Nempe quod ipse tibi pro Joue pauper erat. 30
Quin mēntes inopum, nec tantum corpora pacis:
Pro Puer! ut Pastor, sic quoque Doctor alis.
Ergo iubes, cœlo palmis animisque leuatis,
Fundere humi strato vota precesque genu.
Turba tibi paret mendica: Deumque vocare 35
Incipis (edocuit Christus ut ipse) Patrem.
Post fugis ad Matrem, cui (te comitante caterua)
Virgineras puro mittis ab ore rosas.
Interdum pueros Puer hæc, quæ scire fidelis
Debet turba, rogas: nec minus illa doces. 40

Lib'r Primus.

19

Arguis esse animæ grandem cœlestia noxam
Nescire: & cœli non inhiare bonis.
His iussa abscedit monitis, mirata Magistrum,
Insimul altorem turba misella suum. 45
At tu, quem virtus impellit splendida, tendis
Ad limen, gressus fers hilarisque pios.
Argus sifis ibi, lynceo lumine lustrans,
Illac pauper agat num peregrinus iter.
Dum non apparer, satis est spectare: placetque 50
Inferire prius lumine, deinde manu.
Si venit, inclamas: qui, si non protinus audis,
Sicut pulcher amor penniger vsque volas.
Inde in tecta trahis verbis his lenibus illum:
Dulcis amice, veni: noster & hospes etis. 55
Te sequor, inquit ihops, Puer ò cœlestis in ore:
Hæreo, nec male, sis Angelus, anne Puer?
Angelus esse potes, quia sic succurris egeno:
Sunt quia tecta tibi, sic Puer esse potes.
At bene vtrunque dabo, si (ne ferar amplius anceps) 60
Ipse mihi Angelicus diceris esse Puer:
Haud tecum certabit Abram pro laude benigni:
Quippe senex fecit, quod Puer ipse facis.
Inuenias vtinam superos pro paupere ciues,
Et tua par ecclœ menta domusque marent:
Ut quos ille tulit dignos virtutis honores; 65
Quem superas merito, dignior ipse feras.

LEMMA XII.

*Puer Nolasca, Marianus signifer, ex eius imagine
papyro impressa, vexillum exrulit: sub quo Pueros
contra Albigenses ad militandum
impulit.*

Sancta sequor Nolasci oblectamenta Puelli:
Nunc mihi, lusores, vos voco, adeste pij.
Nec pudeat Pueri lusus iuuenesque virosque:
Fortia Nolasca prælia ludit ouans.
Ipse velut ludens stellanti militat orbi,
Laturus vero sacra trophyæ Jouit.
Enchit en bellum magnum, & venerabile signum,
Tot fulgens astris quotquot Olympus habet:
Matrem nempæ Dei, terræ cœlique potentem,
Expressam folio, quæ tenet astra, breui.
Hanc, instar Labari rutilo gemmantis in auro,
Fert in procera cuspede parua manus.
Exultat Puer, & Marianus signifer ardet
Ad sacra iam socios ducere castra suos.
Ergo domo erumpit, pedibus locat impetus alas, 15
Perque vrbis notas aduolat ille vias:
Voce gradum sequitur, tenues geminatque per auras:
Mater io Verbi, Virgoque Mater io.
Accurrunt pueri, primosque in Virgine figunt
Obtutus: casu stantque stupentque nouo. 20
Tum linguis animisque fauent: subit æthera clamor,
Classici & instar erat quod puerile tonat.

Nam-

Liber Primus.

21

Namque sequi plausu incipiunt vexilla ducemque
Virginis, & tenero quisque merere pede.
Risisset Mars virginea se armasse iuuenta, 25
Virgo ni belli maxima causa foret.
Ollijs Nolasca subridens ore venusto:
Huic signo, ò comites, bella sacramus, ait.
Huic Albensis obest: virusque effundit ut anguis,
Et rabido sifiens ut canis ore latrat. 30
Lingua umbras iacit in signum fulgentius astris:
Vindicit os nostrum, quod mala lingua iacit.
Exeat ergo aliquis nostris ex ossibus vltor
Ardor, quo Diuæ restituatur honor.
Hæc ait, & dextra signum mirabile tollit, 35
Atque alacres animos agminis ille sui.
Continuò impubes acies nullo ordine fusa
It, talique implet carmine leta vias:
Viuat io Alma Paren, viuat præfulgia Virgo:
Nec ter io, sed io sepe triumphe canit. 40
Voce exultantum reboarunt tecta dormorum:
Surgit & insolito fœmina virque sono.
Hic volat ad limen: citius tenet illa fenestram,
Promeruitque oculis obstupuisse prius.
Excipiunt plausu cuncum: & mirantur euntem 45
Cum duce, virginæ sub simulachra Deæ.
Nil oculi molles hanserant dulcius vñquam,
Estò pererrant viuida prata rosis.
Latantur matres: natos nam quæque videbat,
Noscebatque simul voce habituque suos.

B 3

Haec

22 Diagorges Dissi Petri Nolasco

Hæc ait ille meus, meus ille est, altera, & inquit,
Filius: interdum gaudia matris habent.
Gloria quanta fuit pueris, ante ora parentum,
Ludere tam recte, tam pia signa sequi;
In duce sed maior, qui puro classica cantu
Mouit, & exemplo corda tenella suo:
Qui cœlum traxit pueros ad Virginis arcem,
Quam bene tutari pectora casta decet:
Qui laudes, ò Virgo tuas perfecit ab ore
Infantum, victus quo magis hostis eat. 60
Nam velut in Solymis pueri, vi flaminis almi,
Sacrarunt Christo carmen Hosanna Deo;
Sic Puer à pueris iucunda voce Recaudi
Effecit Matris pura tropheâ cani.
Tot mira in Puerō duce matrum turba notabat, 65
Quodque inter pueros sit puerile decus.
Vna tamen senior, quod præstat moribus, inquit,
Ipse vel hic ludus sat mihi testis erit.
Num tanti ingenij est, vana quod luditur aula?
Num cœlo ludis militat illa suis? 70
Si Puer hic tumida mores didicisset ab aula;
Aut iaculo, aut certa perderet arte feras;
Aut galea tectus varios puerile per orbēs
Prætumido phalejis duceret agmen equo.
Hinc aulæ vanum captaret nomen ab aura; 75
Aura quid est aulæ? Quidquid inane sonat,
At Puer Heros, clari velut incola Olympi;
Vel cœlo mitti, vel trahit inde iocos.

Psalms.

Mat. 22.

LEM-

Liber Primus.

23

LEMMA XIII.

In Grandisilua Cistertij Monasterio, ad sanctiorem
educatiinem, Puer Nolascus sistitur. Post aliquot
Menses, valetudinis ergo, Tolosam in Comitisse
auuncule sue palatia, transfertur: ubi plurima
imaginibus Deipara sacra, in odium Albi-
gensium, altaria erexit.

Chloris adest, meritoq; venit Dea candida florum:
Annos vt numeret, florida Chloris adest.

Iam Puer exultis vernarunt mesibus atua
Bis quater, & croceis emicuere rosis:
Cum fuit hæc concors magnorum cura parentum, 5
Spes gnati ingentes tollere ad astra sui.
Allexitque illos virtus in flore tenello
Aucta nimis: cœlo natus & ipse Puer.

Hinc fluidi cupiunt Christi de Pallade fontis
Surgentem vt florem celsior vnda riget. 10
Et fructus cultu ferat vberiore cupitos;

Quo sine, multoties fallit opimus ager.
Duci vt ad optatos posset res maxima fines:
Velle idem, & vna patris mens vtriusque fuit.
Noster amor patria, nostrisque penatibus absit: 15

Qui nobis cordi est, hic Puer, exul eat.
Dira adeo menti nihil ingemuere parentes:
Commoda, qui bonus est, non sibi querit amor.

Emula melliflui tunc Grandisilua Parentis
Magna florebat religione Patrum. 20

B 4

Non

24 Diagogeis Diui Petri Nolasco

Non siluæ Alcinoi certent: hæc cultior astra
Tangebat pomis arboribusque suis.
Si canimus siluas, silua hæc sit Principe digna,
Qui dignus silua furculus esse potest.
Huc Puerum sistant, ubi mira exempla videbat 25
Virtutum, sancto dignaque facta Polo.
Totque inter Patres, pius & Pater optimus Abbas,
Phillrides Chiron huius Achillis erat.
Hoc monitore, ingens adolebat corpore virtus,
Pallas & in paruo: sed tamen illa magis: 30
Paruula nam pulchris viguit virtutibus atas,
Ut Panchaia fragrat, floret ut Hybla thymo.
At Puerorū vitam, heu! inuidit & otia morbus,
Tām bona, quām nullis aequiparanda bonis.
Mitti ad se iubet, ut nouit, Comitissa Tolosæ. 35
Ingens & Puerum protinus aula capit.
Iam pridem optarat Pueri confortia dulcis:
Respondit votis nunc mala causa suis.
Ullaque, ubi teneris exceptit amoribus ægrum,
Prompta Machaoniæ currit ad artis opem. 40
Profuit hæc: febris, pallorque recepit ab ægro;
Et rediere genis lilia mista rosis.
Et Puer ad ludos redijt Charitesque decoras,
Quas Pietas illi grata magistra dabant:
Cuius & ingenium sacras imitatus & artes, 45
Junxit adorandas grandis Apellis opes;
Virginis effigies chartis in pluribus almae,
Quæ sibi in Albensem aumen & agmen erant.

Liber Primus:

25

Diuam, spurce, vide, quam demens despiciis vnam,
Quotquot in effigies ingeminat amor: 50
Sanctus amor Pueri, cui ludi ingrata fuisti
Causa boni; at corio lusitat ille tuo.
Te petit his armis: laeta exitumque minatur
Bellona: sed crunt bella gerenda domi.
Illustris proceres tolerabat auuncula Gallos 55
Comiter ad magnas saepe venire domos:
Quos Puer Albeni noscebatur facie madentes,
Nec tulit: introitus his parat esse graues.
Obsidet en portas magna fortissimus aula
Miles, & obsfirmsat, terribilisque facit: 60
Cuilibet effigiem appendit nam Virginis vnam,
Ornatu ad cultus conueniente pios;
Tum Diuæ erexit puerili altaria ritu,
Sacrauitque aris omne cubile suis.
Virginis effigie nil non radiabat in aula, 65
Et sacer infusus per loca cuncta metus.
Mi Puer, hæc spectas placido, inquit, auuncula vultu:
Per te virgineus sunt mea tecta tholus.
Omnis verna domus ludum veneratur herilem:
Dat grates Puer: Virgini & ille refert. 70
At videt Albenis, subitusque in limine pallor
Occupat ora metu: pelique animusque labant:
Nec spectare ferunt esfulgens lumina limen;
Virgo oculos, ceu Sol, sic fugat alma malos.
Gens inimica fuge: armata est in limine Pallas: 75
Atria Gorgoneo Virgo furore tener.
Nec

26 Diagoges Diui Petri Nolasco

Nec locus est sine Morte tibi, quo lumina vertas:
Palladium, ut pereas, Ægida ubique vides.



DIAGOGES
DIVI PETRI NOLASCO
LIBER SECUNDVS.

CAPUT I. De Nolasci inventute, & fortissi-
mis gestis.

LEMMA I.

Nolascus, superatis matris & suorum suasionibus,
sponder se Deo Virginem seruaturum. Diuinus Spon-
sus, odore implens cubile caelitus emissio, spiri-
tuale coniungit acceptat.

C Lara ter, ut Phæbus, Nolascus lustra peregit,
Imum perlustrans æthereumque globum.
Blandus amansque sui iam flerat funera Patris,
Et matris mæstas terferat ipse genas.
Filius hic potuit viduæ releuare dolorem,
Raptum vincebat qui probitate virum.

Tum

Liber Secundus.

27

Tum mater tantæ domui, generique putauit
Vtile, quod iuuenem nectat honestus Hymen.
Quem sic ausa loqui: Thalamis te, meque nepotum
Spe fausta, ò felix nate, virere decet.
Te quoque nobilitas generum sibi Gallica clarum
Sanguine, diuinijs, moribus, ore, cupit.
His tu cerne super: Neque enim sententia mattis,
Nati ius violans, Matris amantis erit.
Audijt, & roseo ceu virgo apparuit ore,
Candida cœlesti lilia mente souens.

Nox erat, & tacitas errabat luna per umbras,
In curru gemini vecta volantis equi:
Tunc iuuenis, solitos pius experrectus ad Hymnos,
Postquam humiles puro fuderat ore preces;
Hæc agitat secum: Quid habet, Icio, blanda meorum,
Quid pretij charæ suada Parentis habet.
Est aliquid pater esse, satisque est dulce vocari,
Cum blaſo garrit parvulus ore, Pater.
Ille suis tradit vitalem lampada natis,
Qua permansurum currat in orbe genus.
Ecce Deus ipse Parens est, à quo Filius vna
Differt persona: cætera Patris habet.
Pars quoque latitiae, nec contemnda videtur,
Quæque potest placidos reddere sola thoros:
Si vritis veluti lapidis fecunda racemis,
Quæ Methymnæo consita floret agro:
Sic vxor dulcis penetralibus abdita, pulchræ
Exhilarat grato prolis honore virum;

Tum

28 Diagoras Dni Petri Nolasco

Tum quoque Palladia sicut noua germina oliuæ, 33

Quæ pulchro in campis ordine culta virent:

Sie pueri mensam, patriisque simillima proles,

Stent circum, utque orbis florea ferta sui.

Et tu, conubij seruato iure fidelis,

Accendis sacras cœlo, Hymenæe, faces: 40

Felix, cui primum Christus mirabile fecit,

Dulciaque in vini pocula vertit aquas.

Cetera nil curo. Quid habent concepta voluptas,

Pulchræ vxoris amor, prolis amore bonæ?

Mollia, Paulus ait, mordentes pectora curas;

His bona Virginitas, ut monet ille, caret.

Illa micat terris, credo, peregrina sub istis:

Terra tamen celebrant nomen & astra suum.

Amplior est virtus, uno nec cingitur orbe,

Quamquam sidereo regnat in orbe magis. 50

Nullus ibi socialis amor sedulisque maritum:

Virginitas cœlum cum Joue sola tenet.

Par genere est superis: sic illos moribus æquat,

Angelus ut possit, possit ut esse Deus.

Hac ego nil melius, nil dulcius esse putarim,

Quæ me coniungit cœlibe mente Deo.

Quæ non me terræ curis discindit Olympo,

Vt sunt sollicito subdita colla iugo.

Tantum Virginitas cœlo peramabilis almo

Excedit tædas pactaque iura thori:

Quantum ales Jouis, expansis ad sidera plumis,

Tristem, quæ dico carcere torpet, auem;

Quan-

Liber Secundus.

29

Quantum liber homo detentum compede seruum,

Quantum flamma volans flammea ligna foci.

Me nō, mollis Hymen, nō me tua castra tenebunt: 65

Velox virginea sub duce miles eo.

Illa instar Parthi superat fugientis ab hoste,

Et Cypria temnit pallia tacta manu.

Gen. 32

Nō sequar hanc, quā Christus amat de Virgine natu?

Quid mihi calta Venus? Plus mihi nulla Venus. 70

Hæc iuuenis pura tractabat mente pudicus,

Qua desponsa Deo pectora, leque dabat:

Cum subito (mirum!) diuina fragrantia circum

Ambrosia castum nube cubile replet.

Qualis odor fuerit diuus, non exprimet vnuquam 75

Diues odoriferis Indus Arabique modis:

Nec pinguis Panchaia, suo nec thure Sabæus

Mollis, suave nimis cinnama nec quod olent:

Quod nec amomum, nec sudantia balsama spirant,

Nec casia virides, gutta, crocusque ruber: 80

Nec quod myrrha gemit, ridēs quod fragrat achatus,

Quod neque tymbras halant, lilia, caltha, rosæ.

Nil datis heu! flores terrentum præter adorem,

Nil succi suaves præter oletis humum!

Ille odor è cœlo cœlum spirabat amænum, 85

Et patuit facro sponsus odore Deus.

Quam benè inhalauit diuina fragrantia signum!

Pronuba virgineo conuenit illa thoro.

Hanc virgo olfecit casto Basiliæ marito

Nupta: Quis hic odor est, inquit, & unde venit? 90

Suri. in
vit. B. Ia
lia. Mar.

Hanc

30. *Diagoge Diui Petri Nolasco*

Hanc propter spirat noster, mi sponsa, fragrantes;
Sponsus ait, flores grataque amoma thorus.
Et sponsi flores, & amant vnguenta puellæ,
Ponè sequi, & fusus currere cogit odor.
O pulchras animas! quibus & Nolascus adhæsit, 95
Ad Christi æthereo tractus odore faces.

LEMMA II.

Nolascus aduersus Albenses sub Comite Simonè Monfortio meret. Ab eo signifer preficitur. Ex eius verò vexillo Virgo Mater, quam in eo religiose appinxerat, mirè fulgurat funditque hostes.

UT belli signum Romania percitus hostes
Sumimus in Albenses extulit arce Pater:
Munijt vtque virum crucis inclyta pectora signo,
Vtque fuit lectus dux pia ad arma Simon: 5
Extemplo Nolascus iter generosus adornat
Ad cruce signatos, ad sacra castra crucis.
Stat memor ipse sui: Puer & quæ prælia lusit,
Nunc inuenis forti seria Marte gerit,
Ergo inuestus equo, cinetusque nitentibus armis,
Sistit se castris, sic loquiturq[ue] ducem: 10
Maxime Christiadum duxor, fortissime Princeps,
Qui gentilicio nomine robur habes:
Me belli bona causa trahit, vexilla requiro,
Sub quæ Verbi paræ Virginis yltor ero.

Quin

Liber Secundus.

31

Quin dolor impuros me impellit iustus in hostes, 15
Ausos & Matrem lædere & ore Deum.
Pusque nefasque vomunt: infestat virus Olympum:
Illos impietas, fœda Venusque, regunt.
Non patior, feruet deuota peccus in ira:
Tu cœli es clypeus: me tua cœstra iuvant. 20
Me me militæ, calfrisque adscribe sacratis:
Virginis in causa non male miles ero:
Illa mihi vires dabit, & seruabor ab ipsa;
Pro qua (facta velint) est mihi dulce mori.
Arrecta iuuenem Monfortius audijt aure, 25
Corpore præstantem, verbo animoque pluim:
Cuius præclaro rutilans in sanguine virtus
Nota erat, & valido copula grata duci;
Miraturque illum cognata in viscera ferrum
Spontè Tolosani stringere velle ducis. 30
At iuuenis claro nil curat sanguine iunctos,
Quos sibi non Christi iungeret vna Fides:
Hisque animaduersis, Mariani nominis, inquit,
O iuuenis, vindex, vt puto, dexter eris.
Omne sub tanto, pro Virgine signifer esto: 35
Hæc tibi virginus præmia donat amor.
Cui Nolascus ait: seio, dux fortissime, dignas
Quod tanto ad grates minere, reddor inops.
Sed quia non possum, desit ne gratia facto,
Iam Virgo pro me, quæ tibi soluat, erit. 40
O mihi quantus honor sub te meruisse Mariæ!
Te duce, quod possim signifer esse suus!

Hec

32 Diagorges Divi Petri Nolasco

Hæc fatus, fert has solas in pectore voces:
Fulgeat in signis Virgo decora meis.
Nec mora, Virgo Parés depingitur arte Minervæ, 45
Cui Puer in manibus dulce sedebat onus:
Gemmisque, ut cælum stellis, radiabat & auro,
Oris maietas æmula solis erat.
Indita vexillo virtus, aciesque tremenda, 50
Illicò virginæ numine visa fuit.
Adfuit ecce dies, aciesque vocavit ad armæ,
Terribilique duces buccina rauca sono,
Impia vix poterat latus capere agmina campus,
Cum paruum haud possent castra replere crucis.
Heu dolor! errorem semper plerique sequuntur; 55
At tibi, Crux, segnes paruaque turba sumus.
Nil tamen est numerus, nil impiaque agmina, fudit
Numine tot cuneos parua iuante manus.
Iratum cum Matre Deum sensere Cadurci:
Infenso pœnas Marte luere duces. 60
Corpora multa virum stravit Monfortius heros,
Multæ sui: Albensi sanguine fluxit humus.
Extremum tandem exitium Nolascus adauxit,
Dum sic vexilli numina sancta rogat:
Cœlica Virgo, pijs dextra succurre potenti, 65
Auxilium o' nostrum, Tuque, Puer quo tuus.
Albenses prosterne manus: qui mordicūs hostes
Se dixere tuos, iam meruere necem.
Audijt orantem Virgo: vexillaque miris
Pulchræ ardere Deæ visa repente modis.

Di-

Liber Secundus:

33
Diuaque flammanti vultu, indignataque in hostes
Ex oculis torsit flammea tela suis.
Hostiles stupuere acies: cæcæque corticea
Luce ruere solo: morte ruere noua.
Nolascus quocumque volat, fert Virginis iras,
Inque hostes meritas fulminat enle neces.
Ille, & Virgo simil, partito munere pugnat;
Hostem conficiunt: hic ferit, illa necat.
Sic quoque Virgo suo viætrix in milite pugnat;
Miles & in fortè Virgine vincit, ouat. 75

LEMMA III.

Moritur Nolasci mater. Sane ille expiationem præ
curans maternam, plus ei misericordie operibus,
quam pompis parentat luctuosis. Post, cognatis tho-
ri Sacramentum suadentibus, victor resistit,
sue virginitatis assertor.

Heu dolor! ille aberat, morbique ignarus acerbii,
Qui parat in matris tristia fata capit,
At sibi, dira quidem, cita venit epistola, dicens:
Mater, quam tenerè deperis, ægra iacet,
Ergo nunc alis velocibus utere amoris;
Mox pro matre tibi triste cadaver erit.
Legit, & expauit, subito exanimisque ruisset,
Si non fixa Deo mens animusque foret,
Firmius inde pati, saturnum didicitque dolorem
Frangere, diuino subditus arbitrio. 80
Quid

34 Diagoge Diui Petri Nolasco

Quid nostris melius, vel quid magis vtile, votis,
Quām si illis fuerit regula sola Deus?
Sic fultus iuuenis volat, & subit atria matris
Tristia, & à morbo languida facta suo.
en lectum prope erat mæstum pallore iacentis: 15
Nunquid, mors vbi adeſt, aurea fulcra nitent?
Tūm prior (heu nato vocem dolor abſtulit ingens!)
Venisti, o fili, gaudeo, mater ait.
Hoc mihi solamen, si pro me ſedulus ores:
Noſtraque ſint nati lumina clauſa manu. 20
Vnicus ipſe es rerum hæres ex aſte mearum:
Vnicus & tecum ſic mihi pauper erit.
Tu, fili, non perdis opes, ſed condis Olympo:
Illiſ ſuceptas portat egena manus.
Sed iam, ait, o Jesus. Dulcique in nomine vitam, 25
Et vītae poluit verba canora pīæ.
O quantos gemitus ſuppreſit pectore in imo
Filius, vt matrem corpus inane videt!
Sed non mæſta ſuos clauerunt lumina fontes:
Purpureas merit flebilis vnda genas. 30
Quid dixi: a chara petij que iuſla parente?
Sic ſe, ait, incufans: fletque doletque magis.
Tūm miſtis concuſſa ſonat plangoribus aula:
Serui, inopes, famulæ, virgo, puerque, gemunt.
Quid mirum dominæ lachrimatia lumina donet 35
Hi, quibus extenſas obtulit illa manus.
Non caret eximia Pietas post funera laude:
Gratia apud memores non peritura manet.

Ne

Liber Secundus.

35

Ne flete, o miseri, extinſtam; nam viſcera matris
Ceflerunt nato dulcius aucta ſuo. 40
Viuit adhuc, vobisque pius dum vixerit hæres;
Vivet; qui veſtræ nec morietur opi.
Er modò non triftis funefat recta cuprefſus:
Non Picea, aut Pinus figitur ante domum,
Ut ſperetis opem, abſumptam nec morte putetis; 45
Illæ equidem ſectæ firpe virente carent.
Quin vos, dilecta magis acceptanda parenti,
Qua parat ille modo funera, forte latet.
Quām facrā erunt, video. Non illis tibia maſtos
Funerbris ad luctus eſt adhibenda ſonos. 50
Non illis aderit ſicti benè conſciā planetus
Præfica: non falsis nenia miſta modis.
Plurima non equidem corpus decorabit imago
In leſtis veterum prævia & alta Patrum.
Hoc gentile deus damnatis fauerit Orco 55
Manibus: haec Stygios fouerit aura rogos.
Gratior, & ccelo, & materno pompa ſepulchro
Elt, Nolascus ait, ſuppeditatus imops.
Ergo inopum mæſti non velat tempora ramis,
Veste ſed aptata languida membra tegit: 60
Et donis fula cumulat Pietate miſellos;
Dotatos mittit virginosque choros.
His animam matris mundatam reddit Olympo:
His quoque ab igne manet culpa redempta truci. Dæda
Tales ſunt eleemosynæ alto à numine vires: 65
Illa fouet miſeros: dantibus illa fauet.

C 2

In-

36 *Diagorges Divi Petri Nolasco*

Insuper ad matris veniam hostia sapienter leuat
Viva, Sacerdotum non temerata manu.
A nostris tumulis procul, o procul, este prophani.
Nam Deus, ille Deus, victima Christus adeat. 70
Iam pius exequijs Nolasci ritè solutis,
Composito matris marmore ubi ossa cubent,
Molliter & lacent, placidaque in pace quiescant,
In rectum pompa se comitante redit.
Præque oculis morientis habet pia iussa patetis: 75
Occupet astra, Deum supplice voce rogat.
Matris ut est memor, oblitus nec pauperis vinciam:
Pene viriisque quidem par sibi cura subit.
At postquam mora, liqua satis, concessa dolori est,
Sunt procul atque tuae iam, Libilitina, faces. 80
Cognauit in casto Nolasci pectori tadas
Inflammare volunt, blande Hymenæe tuas,
Sed male consilium cedit: frustra omnia tentant:
Nec vanæ est illis alea iacta semel.
Namque ut, cù ventis quatitur Borealis arbore, 85
Columque aspectans vertice, firma manet:
Sic stat mens iuuenis verbis immota suorum,
Puraque coelestis gaudia lucis amat.
Solis ad exemplum pellit confortia noctis,
Vultque pudicitia sit sine nube dies. 90
In se ipso nihil ipse velit, quod pronuba poscat
Pactis Juno thoris: vel quod adurat Amor.
Cur aras auderis, ait, contingere sacras?
Nonne Deo votus me me holocausta dedi?

Non

Liber Secundus:

37

No me pulchra mouet proles: no pulchrior vxor 95
Prole mouet: decor hic languet, vt ille rosea.
Me neque diuitiae Crœsi, nec plendor auorum;
Ille addunt curas: fascinat iste viros,
Non amo virgo genus: misto non ducor amore:
Angelico in terris degere more liber. 100
His pacis pressit delinimenta suorum,
Non secus ac nebulae pulcher Apollo fugat.

LEMMA IV.

Nolasca, vendito amplissimo patrimonio, cuius pretiu[m] postea ipse in captiuorum libertatem convertebat:
Patriam, Albigensum flammis flagrantem, autosque
lares, ceteroque sibi invense dulces & amabiles,
pius & fortissimus Fidei miles
relinquit.

O Juenis felix, heroo carnine dignus,
Et merita Diuus nunc celebrande lyra.
Sic tua diuino grandescunt Pneumate gesta,
Ut lauros superes miraque facta Patrum.
Quid tu quod placeat Superis, non feruidus ausis? 5
Cum Patria dulces deseris ecce lares.
Hoc fecere alij: multo Vr, natale solumque,
Promptus credentum liquerat antè Pater.
Quem non dulce genus, nec amor, moresque suorum,
Iussa fuga implentem detinere sacra. 10
Gen. A.

C;

Vos

38 Diagogeis Diui Petri Nolasco

Mare. 3. Vos quoque, bileni proceres, ad iussa Magistrorum
Luc. 6. Carpitis æthereum prima vocantis iter.
Math. 4. Nec patrem modis, sed fortunæ retia parua
Linquitis, exuti sanguine & arte simul.
Cur alios memorem, cum sis, Nolasce, virorum
Summa mihi, extorres quos Deus ipse vocat? 15
Quin te Thariades, cui primo est gloria tanta,
Exilio victimum sentiet esse tuo.
Exulat ille Dei promissis captus ab altis:
Te Deus haud donis pollicitive trahit,
Ille ibat lobolis, quam stellis computet almoris,
Dicitus veraci numinis ore Pater, 20
At tibi, siderea quamuis non prole carebis,
Nil canitur, releues quo quasi falce fugam.
Gen. 11. Ille Haran rediit chari post funera Tharae,
Hæres iamque patris non remeauit inops,
Tu fugis ab patriam, ut fias de diuite pauper;
In patriam, ipse scio, non redditurus, abis, 25
Nunc illi cum rete reliquimus omnia iactent;
Tu Nolasce, rogo, linquere plura vales?
An bene non dubito? Ecce Deus tibi, diuite cornu,
Non clausas inopi prouidus auxit opes.
Vix pingues numerare greges armentaque possis,
Iugera vix curuo yomere culta tuo. 30
Vix dulces latices Bachique oleæque Mineruae,
Quæque replet flauens horrea magna Ceres.
Tum pulchras vestes, ostroque aulae superbo,
Et quod Paxtolus iactat, & ynda Tagi, 35

Adde

Liber Secundus.

39

Adde aulam auratis nitidam laquearibus, & quæ
Magna per anticos stemmata ducit auos. 40
Non hæc parua quidem ambitiosis: omnia linquis
Ipse tamen, cœli dum meliora petis.
Atqui illi cum rete reliquisse omnia certant:
Retia sunt miseris scilicet orbis opes.
Ergo abis immotus lachrimis precibusque tuorum, 45
Quos genus, & dulcis quos tibi iunxit amor.
Fles tamen, amplexansque tuos, ostendis amorem:
Et mora in amplexu signa doloris habet.
Flensque ais, ò Patria, ò quondam firmissima Christo;
Num Christi impuro sub duce castra fugis! 50
Quis te non fugiat pius? heu peioribus ardes,
Quam fuerit Danais Ilios vista, rogis!
Deteriorque Sinon, nigrum quem prodidit Albis,
Orco tot mentes arte dolisque vovet.
Te sequor admonitu, Fidei dux, numine ab almo 55
Chaldæis patriæ moribus ire procul.
Nunc ergo socij, charique valete propinquij:
Vosque bona à falsis carpite mente fugam.
Ibitis vñanimes, Fidei quod duxerit astrum,
Mecum per terras, per freta; dixit, abit. 60
Protinus alta inopis percussit sidera clamor,
Heu Mæcenatem flentis abisse suum.
Pulsaque sideribus gemitu vicina Pyrene,
Dicitur illachrimans ingeminasse sonos.
Tum cum pauperibus tenues fleuere myricæ, 65
Palloremque auxit tristis oliva suum.

C 4

A

40 Diagorges Diui Petri Nolasco

A lachrymis salsos fluxisse, simulque calentes,
Obstupuit latices ipse Garumna suos.
Et flores iuuenem proprio languore notarunt
Ereptum campis, Gallia culta, tuis. 79
Ereptum auxilium miseris, hilaremque datorum,
Et tibi fle ciuem, mæsta Tolosa, pium.
At sibi translato gaudebit sidere Iberus,
Et dicet cœlo iam meliore frui.

CAP. II. De Nolasci voto, & alijs Misericordias operibus,

LEMMA V.

Nolascus cœleste Diue Virginis simulachrum, certum
montis Serrati numen, voti reus visitat. Ibi variè
pulsatur à Dæmone; sed enim vi tor diuinis reficitur
visionibus, inter quas cœlestis Ierusalem sibi appetet
voce hac inde ad aures suas elata: In domo
Patris mei mansiones mul-
tæ sunt.

UF morsum virusque fugit læthale vñctor,
A cane quod rabida, vel truci ab angue timet;
Sic pestem fugiens patriæ miserabilis ibat
Nolascus, vomitu quam spuit Hydra fero,
Grata Deo tamen intermixet gaudia luctu,
Dispar & affectus prædicat esse pium.
Nam modò liber, vti pueri à fornace furenti,
Dulce Deo carmen cum tribus ille canit.

Es

Liber Secundus.

41
Et liget modò, quod Christo Pastore reiecto,
Horrendo patriam deuoret ore lupus. 10
Sic ibat patriæ memor: incæptumque secunda,
Ipse exul felix, alite currit iter.
Nempe viam Jessæ demonstrante columba,
Quæ decor est cœli, pulcer & orbis amor:
Quam Nolascus amat dulci sub nomine matris: 15
Quem sic vt natum dulciter illa regit,
Ergo reus voti, puras ad Virginis aras
Deuota supplex mente graduque volat.
Saxa vbi Serrati montis veneranda resurgunt,
Hospitioque Deæ numinis instar habent. 20

Vt pius accedit Nolascus montis ad ima,
Sanctior igniferum Mose vidente rubum,
Terga celer fumantis equi phalerata relinquit,
Numinis & plenam pronus adorat humum.
Tum iuga sacrati concendit dum ardua montis, 25
Exod. 33
Excelsis præfert vibibus illa pius.

Namque placet, quod fixa sedent, vultuque supino,
Et tacito scandunt quod simul astra gradu.

Quodque ibi cœlestes posuere cubilia curæ
Saxa inter, tumidis non habitanda procis. 30

Felices animas, quibus hæc dedit atria Virgo,
Et quibus est, inquit, querere cura Deum!
Iam procul à vitijs, meliorem habitatis Olympum,
Et caput humanis exeruistis aquis.

Sancta que sobrietas sublimia pectora pascit, 35
Vt cœli alloquijs delicijsque vacent.

Christi

42 Diagorges Divi Petri Nolasco

Christi Paupertas votis quæsita refulget:
Nulla hic ambitio est, nec tibi Pluto locus.
Sic cœlum, Benedicte Pater, tua clara propago
Scandit, & innocuam signat ad astra viam. 40
Hæc bona dum secum laudat virtutis amator,
Se montis cliuum iam superasse videt.
Panditur in medio domus, almæ regia Matris,
Virgo vbi Phœbeo longius orbe micat.
Quos non illa fouet populos fulgore salubr? 45
Cimmeriæ gentes hac neque luce vacant.
Ut vidit, prænat postes, atque oscula figit
Lætus, & in primo limine ritè pius.
Sed tūm virgineis qualis se præbuit aris,
Ore, oculis, palmis, supplice quo ve genu, 50
Vix proferre queam. Num sic sacra agmina adorant
Illum, quem tellus, pontus, & astra timent?
Aut tibi, Virgo, Deum quæ nostri sanguinis edis,
Submitunt alas officiosa suas?
Sic puto, sic: Nolascus adest in Virginis æde: 55
Cælicolum mores æmulus ipse refert.
Quis videat, tenero iaculet quas corde sagittas?
Vel tibi, Virgo, pias fundat ab ore preces?
Sed mihi, qui modo vatem ago, diuinare licebit:
Quin me occulta Patris verba docebit amor. 60
O Mater tu sola mihi, cui ego filius, inquit,
Si faueas votis, intimus esse velim.
Da semper splendente tuo me sidere duci,
A patria profugæ dirige vela ratis.

Te

Liber Secundus,

43

Te sine, quò tendam: sorbebit me ima Charybdis. 65
Et trahet in rabidos Scylla dolosa lupos.
Te sine, nil gratum ipse Deo incepturus adibo,
Nec minimum potero duçere laudis opus.
Tu fida interpres Nati, tu conficia mentis:
Quo sibi plus placeam, qnid velit, Alma, doce? 70
Vt ceruus stimulante siti petit anxius vndas;
Sic ego, sic sitiens, opto placere Deo.
Quos ferar in fontes? nunc nūc quibus obruar vndis?
Tu, Virgo, illimis fonsque perennis ades.
Hanc extingue sitim: pateat nunc semita vitæ 75
Tuta meæ, vadam ne pede sponsa vago.
Præterea captis dulce ò sis Virgo leuamen:
Non leuis hæc certè est altera cura mihi,
Audio nam gemitus, Libycæ strepitumque catenæ,
Heu tibi quām proprias, Virgo, premētis oves. 80
Da vires, expone modos, ergastula frangam,
Restituam caulæ pignora chara tuæ,
Auspice te quid ego metuam? Non verbēra Mauri
Sæua feri, aut longa vincla ferenda nece,
Tales dum versat iuuenis cum Virgine curas, 85
Pectoreque exceptas confouet illa suo:
Nox venit densa inuoluens caligine m̄ontem;
Luna, lates: comites astra que pulchra tui:
Ecce vigil, Stygijsque obductus Lucifer umbris,
Aurora sedes audet adire sacras. 90
Excubias noctis Nolascus agebat in illis,
Tartareo miles non minus hoste vigil.

Hostis

Canticum

Psalmi. 42

44 Diagorges Divi Petri Nolasco

Hostis adest, inquit, Nam cur mentem occupat aurum?
Cur me fallaces diuitiaeque vocant?
Cur mihi se Patriæ obiectat lugentis imago? 95
Cur domus alta Patrum squalida saepe subit?
Ora propinquorum videor cur cernere mæsta?
Cur queralos comitum percipere aure sonos?
Cur thalamus, proles, spes, gloria nominis ingens,
Purpura, me fasces, vitaque blanda petunt? 100
Sat fuerit spreuisse semel: rursum ora relictis
Reddere, deformi non levitate caret.
Si retrò aspiciam, cœlo iam dicar inceptus:
Respicit ut qui alio, non bene aratra regit.
Qui modò res fugi, vanis rerū impetor vmbbris: 105
Num me Sirenum vincere imago potest?
Ah fructu. Sed Virgo faue, tua munera posco:
Sæuior in me hostis flammæa tela iacit.
Quod genus hoc ignis, quo quantò blandius vror,
Tantò mens horret sœva pericla magis? 110
Omnia quid fugisse iuuat, dum corpore mansi,
Hostem intra misera tecta fouente domus.
Inuideo, alme Ioseph; hasit nam vestibus ignis,
Et licto in flammis regmine, liber abis.
Sed quod ego possum, scapulis sine veste relictis, 115
Dira hostem in fragili verbera carne prement.
Haud mora, nota Heros vertens in se arma pudicus,
Ingerminat forti densa flagella manu.
Cælaque sanguineo crepitant sub verbere terga:
It crux, & iactas delet ab hoste faces. 120

Luc. 9;

Gem. 39;

aliofi

Proh

Liber Secundus.

45

Proh dolor! hostis ait: Iuuenis diuerberat Orcum;
Et vindex lauros ara Pudoris habet.
Sanguine sic fuso teter compescitur astus:
Quid moror? Illecebras sic caro cauta fugat.
Hoste triumphato, Nolasci conscia virtus, 125
Ad grates supplex ora manusque leuat.
Horrida quod vici, tibi deheo, prælia, Virgo:
Et tibi, ait, bis io terque triumphe cano.
Sic ego certabam, vt te præsens numen haberem: 130
Sic, tuæ vt aræ essent tutæ Palaestra mihi.
Sic, armata mihi posse vt mater haberi:
Sic, vt ego videar filius esse tuus.
Me quoque perflatur luctantem dulciter auræ,
Flaminis illius munera celsa Dei.
Ergo nihil feci, solusque est victor habendus, 135
Virgo, Deus: per te, qui mihi dona dedit.
Has humili iuuenis referebat pectore grates,
Noxque sibi visa est ad pia vota breuis.
Noster amat Deus, vt concedat, saepe rogari:
Assidue extorquent dona superna preces. 140
Perque dies noctesque nouem, ipse ad Virginis aras
Nolascus iusto flagitat ore frequens.
Quem Deus interdum lenat ad commercia Diuum
Dulcis, siderei multa docetque Poli.
Virginis interdum roseo dependet ab ore; 145
O felix, quem sic cœlica cura beat!
Interque hæc iucunda sui solatia cordis,
Mulserunt animum talia visa suum,

Vrbis

46 Diagogen Diui Petri Nolasco

Apoc. 81

Vrbs illi,sine sole micans,apparuit alma,
Verius Elysium,magna,capaxque Dei: 160
Aurea moles,perspicuoque simillima vitro,
Quadra quoque,& mirè partibus æqua suis:
Quam muris circum viridis cingebat Jaspis:
Cui sedem stabilem geminea fulcta dabant.
Ex margaritis totidem,duodena nitebant 165
Ostia,& ad curictas Orbis aperta plagas.
Innumerisque suo gentes fulgore trahebant,
Per varios tractus,difficilesque vias.
Cælica dum iuuenem faciebat imago beatum,
Lætitiae hos plenos excipit aure sonos. 170
Pone metus,fili; Multas,sedesque perennes,
Seruis clara mei regia Patris habet.
Tum subito in medijs auresque oculosque reliquit
Fœlicijs vox & imago suos.
J, iuentis,quacumque Deus te ducit euntem; 175
Tutus abis,multis itur ad astra modis.
Hoc te,nil dubites,patefactaque limina cœli
Bisena,& dulcis vox tibi missa monent.



LEM-

Liber Secundus.

47

LEMMA VI.

Nolascus,fausto adoratæ Virginis sidere, rectâ Barci nonem proficiscitur. A Petro secundo Aragonum Rege,cognito eius aduentu,& præclaro sanguine,honorifice exceptus,civitate doratur. Opes,quas ex vendito patrimonio congesserat,in redimendis capti- vis,& alijs Charitatis & misericordiæ operibus sanctissimè ex- pendit.

Iam decies Aurora nigras discusserat umbras,
Ducens Serrati per iuga montis equos:
Cum te,dulcior ò terris Aurora salutat
Numine Nolascus iussus abire tuo.
Vixque tuis,ò Virgo,potest auellier aris:
Ut puer in matris pectore,talis inest.
Ergo ait,Alma,feror quò me tua lumina vertunt:
Sum tibi ego Clytie: tu mihi Phœbus ades.
Est vrbs Lalætano dicta Fauentia tractu
Quondam,nunc geminis Barcino nota Polis. 10
Cui ledem donat spacio in littore Pontus,
Veliuolisque latus lambere gaudet aquis.
Cuius pingue solum fœcundo Bætulus amne,
Et Rubricati grandior vnda rigat:
Clara vbi nobilitas,morumque modestia certant, 15
Et Christi,si vsquam est,hic benè tuta Fides.
Virginis hanc nutu venit Nolascus in vrbe,
Nec fato potuit prosperiore loci.

Bar-

48 Diagorges Diui Petri Nolasco

Barcino,concessum si grata fateris honorem:

Hoc tibi,iam dices,debeo,Virgo,decus.

26

Bellica te partis exornat gloria lauris:

Hocspite ab hoc vno gloria maior erit.

Fas vari certis,quod erit,p̄addicere verbis:

Huic pones aras in tua vota pias:

Interque Indigetes precibus venerabere prima,

28

Quem Diuum in terris experiere prior.

Nata tuis latibus cantabit Fama per orbem

Facta viri,notas pauperibusque manus.

At non auratis per portas curribus intrat

Ille altus,strepitu vel famulante,tuas:

30

Et poterat,si se fastoso subderet auro,

Vel cuperet generis ducere signa sui.

Nam prædines opum,moneo,tua limina tangit,

Esto breui hæc eadem limina tanget inops.

Non locuples venit ut venales quærat honores:

32

(Heu male virtutis præmia nummus habet)

Aut audiens miseris merces,vel fæneret aurum,

Quo replete curvas conseeleretque manus.

Impius aut vineta velut mercetur Achabus,

Inserat ut domini florea rura sua.

46

Celsa sibi aut Pario surgant de marmore tecta,

Et laqueare auro fulgeat,ornet ebur.

Aut mandet ventis iuncta per æquora merces

Insano vectas dulcis amore lucri.

Aut generum cupidi possint ambire parentes:

48

Aut sibi amicitias sportula multa paret;

Liber Secundus.

49

Non ita,sed cupidus celsi mercator Olympi

Sola per ille suas sidera mutat opes:

Prosternit

Ceu mereatoris gemmas trahit impigra cauti

Nauis Erythræas non breue mensa fretum.

50

Vix pede te fausto facilis penetrauerat hospes,

Cum miseris largam fundere cœpit opem.

Illa,non ægri,non quos custodia frænat

Digna,carent: Prodest omnibus æqua manus.

Quin mox è Matira seruatos compede ciues,

52

Inque tuos victor deferet ipse lares.

Ceu subito nubes sitienti diues in æstu

Languida largifluis imbribus arua rigat:

Decurrunt riui:prodest & messibus imber,

Extincta redeunt & sata lœta siti:

60

Sic placidum Nolascus adest solamen egenis,

Rebus & afflictis missa reperitè salus.

It fama exemplò lœto per compita vultu,

Hospitis & Charites ora manusque refert:

Qui sit in extetnos studio maiore benignus,

62

Quam pius in fratres vel Proculeius erat.

Tum celer ad Regem pennas detorquet Iberum,

Illeque,quem celebrat,mandat adesse virum

Vt stetit,auditio Nolasci nomine,Regi

Stirps generosa patet,nece magis ille rogat.

70

At iuuenis,cui se firmum promittit Achillem,

Cum virtute nitens laudat amataque genus.

Vtque magis faueat: Nostra donaberis,inquir,

Vrbe:boni poteris ciuis honore frui.

D

Gati

Non

50 Diagorges Divi Petri Nolasco

Gaudie ciui nouo, tibique ipsi, Barcino, plaudet.

75

Iam tuus est ciuis, qui tuus hospes erat.

Quem licet esse suum decantet Gallia natum,

Sorti erit, ut par est, in iuida facta tuae.

Illa dedit cunas Pueri virtute nitentes;

Tu dabis at ejus fortia gesta pijs.

80

Indolis ille bona velut arbor venit ab illa:

Nunc tibi translatus fertilis arbor erit.

Consulo (nec res est ingrata) Fauentia nomen,

Dum nouus est ciuis, Barcino, sume vetus.

Hospite ab excepto dicta est Saturnia tellus.

85

Et Latium, tutus quod latet, ille vocat.

Iste tuus fauet, & miseris feret usque fauorem,

Cur non restituet, quod tibi nomen erat?

LEMMA VII.

Nolasca in subleuandis alienis miserijs aliger
pius, Valentiam perit, à Mauris tunc temporis occu
patam. Ex immanibus eorum ergastulis amplius ter
centum Christianos in libertatem proprijs ex
pensis afferit, Barcinonemque traducit.

Pectore Dius Amor Nolasci ardebat in alto,
Cordaque vix poterant enthea ferre Deum.
Ad sublime vrgebat opus, quo dulcius ullum
Esse nequit iuueni, rufe cupita magis.
Esto assertor, ait, sortisque misertus iniquae,
Maurica Christicolis vincula deme pijs.

Flet

Libr Secundus.

51

Flet sine matre Puer tetro religatus in antro;

Flet pariterque suo fœmina abacta viro.

Mæstaque seruitio geminant suspiria sauo;

Heu tua quot gemitus viscera blanda mouent!

Phosphorus alter eris, si reddis lumina clausis;

Si trahis ipse diem, Phosphorus alter eris.

Nil dabis his melius quam libertate potiri,

Vinclisque exutas ad pia vota manus.

Sic Amor intus agens stimulos addebat auenti;

Nec mora, in auxilium penniger ipse fuit.

Non tam præpetibus veriat Cyllenius aliis.

Se circum, aut defert prouida iussa Jouis:

Quam Iuuenis volat (ecquis enim præcurrat amanti,

Cui dat Amor pœnas, vt volet ille, suas?)

Temporis ecce tibi, captiuua Valentia, puncto

Dexter adest, miseris lux, opiferque tuis.

Heu dolor! hic audit gemitus & saua sonare

Verbera, tum tractu ferrea vincla graui.

Et pius ille gemit, crudelis imagine pœnae,

Quod seram miseris exhibuisset opem.

Ergo tercentum captos, miserabile vulgus,

Auro emit, & iuris mox iubet esse fin.

Res inopina sonat: totò Pieratis & Author,

Notior in populo, quam volet esse, nitet.

Barbarus obstupuit blanda ad miracula Maurus,

Visusque est vultum deposuisse trucem.

Inuiditque pijs Nolasci moribus vltro,

Ille neque vltorius Barbarus esse volet.

012005

D 2

Quin

52 Diagres Dni Petri Nolasco

Quin omnes uno properant ardore, fauentis
Si miseris possint ora videre viri. 35
Vtque vident, stupidi diductis rictibus harent:
Post tamen, haec illis carmina sponte fluunt.
Quid ni animo mitis, qui sic est pulcher in ore?
Moribus his blandis convenit ille decor. 40
Quid pauidis Ledæa nitent duo sidera nautis?
Plus hic captiuis vnicâ stella micat.
Nec magis Herculei nobis celebrentur honores,
Quodque Prometheus, Thesca quodque leuat.
Dignius huic iuueni cedunt præconia, quippe 45
Vinclis tercentos eripit ipse viros.
Claviger Alcides vi monstra euicit & armis,
Et Joue fulmineo se probat esse satum.
Ast hunc, cui Pietas & Amor dant vincere monstra,
Natum clementi quis neget esse Joue? 50
Pars quoque Christiadum successu lata benigno,
Laude Deum sequitur, laude piumque virum.
Attulit auxilium nobis optantibus vnuis
Nolasco aduentus: grata per ora sonat.
Et tibi pro meritis quales tribuemus honores? 55
Quot capiti dabimus ciuica sertâ tuo?
Præmia seruatis ut crescant ciuibus aqua,
Quercea circumdant sertâ trecenta caput.
Interâ, ut cæcas latebroso in monte cauernas,
Frondibus & spissum lustrat Apollo nemus: 60
Sic tristes sine sole specus, fletuque gementum,
Capta Nolasca lustrat in urbe pius.

Flet-

Liber Secundus.

57
Fletque tener pœnæ socius cum flentibus ille:
Corpore queque ferunt vincula, corde gerit.
Hec mea sint, ait: interdum finite osculer illa; 65
Heu doleo nondum me meruisse pati!
Languent pulchra breui, quæ cingunt tempora, sertâ:
Non peritura Deo ferrea ferta manent.
Plus aruis Chalybum fortis Patientia debet,
Materies meritis aduenit vnde suis: 70
Quam Pæstique Paphique rosis fugitiua voluptas,
Quæ facit imbellis lucida ad astra viros.
O vos felices, quorum sunt corpora celo
Digna, ferant dirum si patienter onus!
Iam paulum sufferte: dabit Deus his quoque finem: 75
Proxima adeſt vobis me redeunte salus.
Christo cordi estis, populusque fidelior illo,
Eripuit Phario quem duce Mose iugo.
His pius Assessor vinctorum pectora mulcat,
Atollitque animos, speque virere facit. 80
Audierant læti; at dubitant sit ne Angelus ille,
Qui loquitur? Suadet mirus in ore deo:
Suadet Amor, rutilo Pietas delapſaque Olympo,
Euincti Solymis vltor & ille Petri.
Et credant, humiles de se nisi parua putarent, 85
Nec tamē indignis mittere Numen opem.
Ergo aiunt: Cælo nobis velut Angelus alto
Auxilium, & certum mitteris ipse decus.
Tu nostri Sancto afflatus misereri amore,
Nostra que te Pietas damna subire facit. 90
D;
Vc

58 Diagoge Diui Petri Nolasco

Vt Deus Hebræis miro miseratus in igne,
Mosen, sic nobis te bonus ipse dedit.
Cur non te vinclis speremus vindice solui?
Spes tam firma quidem non grauis esse potest.
Sed quia, vt ipse vides, nos flendo ducimus horas, 95
Ne diffier longis gaudia nostra moris.
Audijt hæc Iutienis lapto per lumina fletu:
Longaque, dum redeo, non mora, dixit, erit,
Protinus ad socios planta it veloce redemptos, 100
Quos iam lors dulcis fecerat esse simul:
Et latè animis, placidis & vultibus auctos;
Omnia sunt rifsus prætereunte malo.
Ad quos, ille etiam gaudens, hæc pauca locutus:
Vos facit en latos cura benigna Dei;
Seruatori igitur grates per soluite summo, 105
Quas referat purus cordis & oris amor.
Dignius hoc fiet, si lucis craftinæ ab ortu,
Quando Aurora nouis spargitur alma rosis:
Execrata cadant culpatæ crimina mentis,
Et proprio pascat corpore Christus oues, 110
Postera lux omnes (modo vobis ire lubebit)
Captiva in nostros ducet ab vrbe lares.
Assentere: lauat lachrimis confessio mentes:
Corpus alitque Dei, deueniente die.
Oceano vix manè sequens referebat ab alto 115
Ardua flammiferos per iuga solis equos:
Cum vigil ad turbam exibat Nolascus amicam,
Sed fuit illa pio prævia facta duci.

Quam

Liber Secundus.

Quam sic exceptit: Socij saluete redempti, 59
Quos & libertos iure vocabo meos. 120
Pulchra Aurora subit, nitidi prænuncia solis,
Qui typus est Christi, Matis vt illa suæ.
Ergo Christus, & alma Parens, miracula colli,
Adfint huic nostræ Numinæ dextra viæ.
Christe faue, & nobis, Mauro quos eripis hoste, 125
Sis contra hostiles machina prompta dolos.
Fac quoque, Virgo, tuis quæ se vltro deuouet aris,
Tendat inoffensi turba redempta pede.
Dixit, & Eumenidum pascitatem se anguibus vrbum
Murmure gaudentes defecuere leui, 130
Iabant per campos gestantes pilia latos,
Per roseas ripas, Turia blande, tuas.
Exis & ipse nouis redimitus tempora fertis,
Vinclaque sic celebras rupta, recente rosa. 135
Naiades occurunt pulchræ, quas murmur ab antris,
Et vocat insolitum, & fluitante suis.
Liberius numquam: fluidas non fibula vestes
Nectit: non virides fulgida gemma comas:
Pes summa, ad numerum liber saltabat in vnda: 140
Gemma nec in digitis nexilis vlla micat;
Et ducunt hilares crotalo resonante choreas:
Soluentique viros plaudite, carmen erat.
Tum Protheus claris ludebat mimus in vndis,
Qui leo, nunc tigris, nunc erat ille draco:
Qui nec Aristei, ne forma ludat in omni, 145
Dum Nolascus adeit, vincula dira timet.

D 4

Fe-

60 Diagoge Diui Petri Nolasco

Festus vbique tonat plausus, Dryadesque resulant:
Sæpè & Orestiades per caua laxa tonant.
Sic donata viris libertas plauditur: hoste
Grataturque sibi libera turba sero. 150
Nam modò quam dulcis fuerit Pater, ore reuolut
Grato, quam miteris munificusque Deus:
Qui non destituit se pœnè extrema ferentem,
Mittens accentum cœlitus igne virum.
Et modò Nolasci miratur viscera magni 155
Nata inopi, cœli rore referta pio.
Ecquis erit iuuenium, qui Cræsto ditor, inquit,
Diuitias nobis fundat, ut iste, suas?
Auro qui redimat seruos, auroque catenas?
Qui tanti in miseros astimet esse bonus? 160
Vix alitum inuenias; sed qui, vt Salmoneus audax,
Curru, & celeres palcat inanis equos;
Qui velut Aæteon laniatus membra, fugaces
Nutriat in lepores agmina lœvæ canum;
Arguit altorem canibus vel Lazarus ipsis; 165
Non ita, vt hi lingua, profuit ille manu.
Quive Dionæs dum seruit amoribus, auro,
Et gemmas ornet tela, Cupido, tua:
Aut Jouis in speciem, pluvio dilapsus in auro,
Solliciter Danaen, Acrisijque domum. 170
His gaudet studijs, rapiturque insana iuuentus
In vitia: & pœnas in Stygis igne luit.
Illa quid, hoc præter, Radamantho indice, speret:
Quod se, quod vitijs prodiga tradit opes.

Lug. 17.

No^o

Liber Secundus.

61

Nolasci ò Pietas, hoc vno Principe digna,
Rara iuuentutis flore, inopique sacra! 175
Hunc nobis Sotera datum celebrate redemptis;
Tunc Sotera datum clamor ad astra tulit.
Reddidi & Sotera datum resonabilis Echo.
Voxque eadē inslonuit fusa per omne nemus. 180
Excipit interea seruatum Barcino Christi.
Mauro ex hoste gregem, cum duce lata pio.

LEMMA VIII.

Frigescit in otio Charitas. Hac Nolascus in dies ma-
gis inflammatus, per urbem & Barcinonenses pagos,
ad redimendos captiuos fideles stipem rogat. Illus
nonnulli nobiles iuuenes sue charitatis imitato-
res sequuntur. Valentiam, ut captiuis pro-
miserat, repetit.

Fouerat hospitij dulci Pietate redemptos
Nolascus: patrios miserat inque focos.
Nec vacuos equide m: lachrimas nam lumina ituris:
Brachia complexus: os bona verba dedit;
Mille modis pius, ille manu faurice benignum
Præstirit & vita, subsidiumque viæ.
Qui sic se in saluos tam miti corde gerebat,
Quid vos, pro miseris ille, putatis, agat?
Illis fauit amans: nondum his sua vincula fregit:
Fortius & rerum, quas cupit, vrget amor. 10
Ergo modos querit per tempora longa fauendi:
Tanto operi gazas nil videt esse suas,

Ful.

62 Diagoses Divi Petri Nolasco

Fulguris ut lucem subitam, sic iudicat illas:
 Quanta est ardenti gutta vel vna siti.
 Quid sibi sufficiat Mauros spoliare volenti
 Christicolis, Libyes quos laniana premit?
 Spiritus interdum hanc mentein illi suggerit almus:
 Per foro poscat opem publica, perque vias.
 Plebs pro seruandis proceresque fidelibus, ylro
 Plurima deuoti dona stipesque dabunt. 20
 Pulchra quidem Iuueni visa est sententia: & ipsum
 Ardua poscendi tadia ferre iuuat.
 Sed neque causando: Quis nostro ex ordine, dixit,
 Munera mendici plena ruboris amat?
 Vilis, nec dixit, tota iactabor in vrbe. 25
 Fabula, si pro alijs sim nouus Irus ego.
 Aut certe, sic nœvus ero tibi, Gallia, turpis:
 Fædaque inficiam nobile labe genus.
 Mundi nobilitas, quam non informat Olympus,
 Sic prodeesse inopi dedecus esse putat. 30
 Non ego, sed Nolascus ait non infimus heros:
 Vobis, Heroes, plus licet esse pijs.
 Nobilis est Pietas, gaudetque heroica virtus
 Nomina de vestris sumere magna sibi.
 Tolleret è cæno prolapsum ut pauper asellum, 35
 Alphonsi iuuit Regis amica manus.
 Subdidit hac Pietate caput Campania victa,
 Admirans Domini mitia scepta noui.
 Militis Arctoo pereuntis frigore membra
 Fouit Alexander sede rogisque suis. 40

Apud Pa
normit.

Hoc

Liber Secundus,

63

Hoc, heus miles, ait, Persis capitale fuisset;

At mea te incolumem regia sella facit.

Illum, cui curæ est pauper, verè esse beatum

Summus Jelæo cantat ab ore Deus,

Quin Domini propriora Deo cognomina dantur, 45 psal. 39;

Hunc cum sollicitum turba missella tenet.

Quis, ducente Deo, magnis & regibus, huius

Nolit virtutis castra benigna sequi:

Ergo Nolascus laxis Pietatis habenis,

Vtile captiuis impiger intrat iter.

Ore rogat leni: sed, quæ benè cogere possit,

Insita maiestas vultu oculisque patet.

Et grauis incessu populosam circuit urbem:

Per foro, per tritas itque reditque vias.

Sæpe domos plebis faciles, & sæpe potentum

Ardua compulsa supplice tecta manu. 55

O quoties dixit, vos me misere rogatum,

Quorum Maura pedes vincla manusque ligant.

Ipse ego sum vincens pes, ipse os, ipse manusque:

Quam præstetis open poscere, ferre, trahor: 60

Et gemitus memorare graues & vincula vobis,

Christiadum pœnas, antra cruenta, neces.

Equis enim veri pœnas releuabit amici,

Quas non ille videt, nec sibi fama refert?

Ridebat Phalaris patientis in ære boatum: 65

Humano, ut doleas, cogimur ore queri.

Sed quid non pia causa potest? quæ corda precantis

Auxilium miseris vox superare nequit?

Quint.
Curt. I. 1

Ad

64 Diagogeis Dñi Petri Nolasco

Ad sua Nolascus deflexit vota Redemptor
Cum populo claros nobilitate viros. 70
Plus, quam quicque potest, offert: deuotio namque,
Semper larga, animos & simul auxit opem.
Tum Numen iuuenes afflauit stemate notos,
Essent Nolasco qui pietate pares.
Qui iam mendicare putent, miserosque iuuare 75
Captiuos, Superi non leue amoris opus.
Tandem Nolascus collecta diuite latus.
Pollicita repetit, Turia pulcher, ope.

CAPUT III. De Nolasci somnio, & Virginis
apparitione.

LEMMA VII.

Somniat Nolascus speciosam in ingenti atrio oliuam;
sub cuius umbram, modo spariabatur, modo sedebat,
se videre: & viros itidem sanè maiestate quadam
conspicuos, qui omni studio in illam arborem se ibos
incumbere tuendam asserebant. Sicut & venturos ad
excindendam homines animo barbaros planeque ferocias.
Hoc postmodum venisse, & hinc irde eius ex-
cidisse ramos: facundiori tamen amoenitate
repullulasse oliuam.

L Ubrica pensa quidem multæ iam noctis agebat
Cynthia, cum stellis associata suis:
Et precibus Nolascus adhuc pulsabat Olympum,
Captiuo poscens paupere multa super.

At

Liber Secundus.

65

At postquam somnus iussit captare quietem,
Non longam felsis artubus ille dedit.
Nec mollem carpit: sicut peregrinus Jacob,
Ipse domi dura nempè cubabat humio.
Vix oculi, & placidum libarant membra soporem, 10
Cum videt æthereo somnia missa globo.
En patuit campus, spatiova vel area latè,
In cuius medio Pallados arbor erat.
Hæc tereti insurgens tollebat stipite ad astra
Ramos, & fulos in latus omne dabat:
Utque erat omnino viridi pulcherima pompa, 15
Sic quoque baccarum pingue ferebat onus.
Tum se Nolascus sub fronde videbat opaca
Expressum varijs per simulachra modis.
Nam modò pulchra Poli contemplans astra sedebat,
Stellasque, & cœlos, artificemque suum: 20
Nunc oleam circum custos ut perugil ibat,
Nil retrahens fidos à statione pedes.
Sic erat, & venere viri grauitate micantes,
Qui tali iuuenem præmonuere sono:
Macte HerosPietate noua, Seruator oliuæ, 25
Ne celles: veniet, nec procul hostis abest.
Palladios scindet ramos inimica bipennis:
In truncum horrendis irruct acta minis.
Nos defensores erimus: nihil inde pericli:

Auctaque perpessis crescit oliua malis.
Hæc cecinere viri, subitoque recessit imago,
Nolasco linquens spemque metumque simul

En

66 *Diagorges Diui Petri Nolasco*

En subiere hostes vultuque armisque feroce:
 Tum trepidare oleæ robora vila piæ.
 Inuadunt, sœtiis gemit icta securibus arbor. 35
 Sternuntur rami: baccaque multa ruit.
 Nec satis est iræ: disiecto stipite tentant
 Plagis lassa feris gloria tanta cadat:
 Non fecus annosam fulgenti hic inde bipenni,
 In filiis quercum rusticâ turba quætit. 40
 Anxius hic Iuuenis, charam miseratus oliuam,
 Non tulit hanc speciem: Sistite, sistite, ait.
 Supplicibus ramis cur bellum indicitis atrum?
 Vos latet an claras pacis habere notas:
 Felici hoc ramo, cum terra emerget vndis, 45
 Paccatum ostendit pulchra columba Deum.
 Parcite sacrilegi: pœnas Erisiæthonis ipsas
 Ne detis: quercum huic scindere culpa fuit.
 Barbara non potuit rabies tolerare monentem,
 Irritaque in Stygios fugit inulta lares. 50
 Tunc Iuueni blandus, curis atque hoste fugatis,
 Esse pio cœpit, lenis ut aura, sopor.
 Gaudia quid memorem, fecundam vulnere oliuam;
 Ramos ut vidit tollere ad astra nouos?
 Impia quemq; manus gemmantē excussum honorē, 55
 Auctum se miris restituisse modis?
 Nam subito (mirum!) quod saeva iniuria læsit,
 Vernauit gemmis palmitibusque simul.
 Nunc mihi, nec tripodes, Clarius nec cantet Apollo;
 Nil vanum ē cœlo somnia missa ferunt. 60

Phœ-

Liber Secundus.

67

Phœbea nec eget lauro sacra Palladis arbor:
 Arcanisque luis apta Minerua magis.
 Ergo Deus de mente Patris Sapientia natus,
 Ille oleæ Pallas, nunc mihi Numen erit.
 Tantum Musa Dei afflatus expende fideles: 65
 Nolasci, ipsa scies, quid bona visa notent.

S O M M I I N T E R P R E
T A R I O.

MAgna viri Pietas toto spatiabitur orbe:
 Post tergum Herculeos despicietque situs.
 Gentibus & populis florebit amabilis: altum
 Inter virtutes efferet illa caput.
 Hinc est pacifera quod circum apparuit umbra,
 Non alijs Ingens area tecta comis.
 Nempe orbem hæc signat: virtutem pinguis Oliua,
 Quæ dulcem miseris vnica præstat opem.
 O quanto Iuueni rapitur virtutis amore!
 Hanc videt in somnis: hanc vigil ille videt. 10
 Ipse, ut amat, sic (nec dubito) sibi somnia fingit:
 Ad lucis curas cor quoque nocte volat.
 Se se propterea sub ramis vedit Oliua,
 Curisque afflictum pinxit imago pijs.
 Populus Alcidæ gratissima, vitis Jacho, 15
 Et Veneri myrtus, laurus Apollo tibi;
 Nolasco viuax, qua se modò cingit, Oliua:
 Hæc illi Pietas debita ferta dedit.

III.

68. Diagoge Diui Petri Nolasco

Ille nec in placida cessabat inutilis umbra;
Sed pius inque homines: sed pius inque Deū. 26
Sic sopor exposuit, meditantem dum astra figurat,
Dum custodem oleæ, quam tueatur, agit.
Heu diro, nec causa latet, stimulabitur hoste,
Fidus virtutis quisquis amator erit!
Velle piè, fatis est, in Christo viuere quemquam: 25
Primis causa necis fratribus ista fuit.
Filius ancillæ cum Saræ bella gerebat
Nato, Christicolas tunc referente bonos.
Iamque hostes, & ferrum, oleæ quod fata minantur,
Nolasco venient: hoc caput illa petunt. 30
Iam video luctas animi, pulchrosque labores,
Viæta quoque in pingui cortice bella, sui.
Athletæ firmo ad pugnas vnguntur oliuo:
Exercetque vincitos nuda palæstra viros.
At Pietas oppressa viri florentior ibit
Magnanimi, aduersis crescere docta malis. 35
Ut venit horribili pax sæpè vberima bello:
Vitis vt vberior falce putara viget:
Magno vt palma oneri se subdere nescia, surgit:
Sic pœnis virtus gliscit optima feris. 40
Hoc varijs afficta modis monstrauit oliua:
Hoc, cum post vulnus latior ipsa fuit.
Hoc visi cecinere viri: hoc spes addita, olivæ
Se fore tutelæ: damnaque nulla fore.
Qui vero fuerint illi? si verba tenetis 45
Ipsi promissis signa dedere sui.

^{28 ad}
Thim. 3.
Gen. 4.
Gen. 21.

Hos

Liber Secundus. 69

Hos duce Nolasco claros, juuenesque decoros,
Vitro olim Pietas ad sua castra trahet.
Quamlibet horrendum tempestas intonet atrox,
Officijs stabunt strenua corda pijs. 50
Hæc mens fixa bonis: generosos laetat alumnos
Virtus, constantè dura docetque pati.
Et Schola Nolasei præceptis orta fauendit
Patiperibus, fructus sicut oliua dabit.
Hæc super ipsius visis, quibus inclita virtus 55
Alto Nolasci pestore tuta micat.

LEMMA X.

Nolasco noctu oranti, & de Christiani populi libertate ex miserrima scrupule cum Deo ferventissime agenti, apparet Beatis, Virgo Maria, piorum desideriorum fautor; Post, eadem nocte, B. Raymundo de Penafort, & Jacobo primo Aragonie Regi. Eos tandem de Religione instituenda redimendis captiuis destinata, re quidem, filio suo, sibi que chara, monet.

Sedula non cessat virtus: hoc cogitat vnum.
Quo posuit miferis vtilis esse modo.
Compatiens illis Nolascus Numinis aures
Detinet ò quoties voce precante piis!
Carceribus clausos, & dura compede soluat;
Hoc rogit ille die, sic quoque nocte roget.
Ac veluti teneris postquam iam scutibus orba,
Quos nido extraxit furis iniqua manus.

E

Lata

70 *Diagorges Diui Petri Nolasco*

Luscinia in sylvis queritur, subque ilice opaca,
 Flebilibus latè cantibus arua repleta.
 Mæstaque flet noctem renouans miserabile carmen;
 Quodque potest, pullos sic petit illa suos:
 Haud aliter Iuuenis, Triados quos edidit vnda,
 Flet captos, Libyæ sub feritate manus:
 Et clamore suo per noctem sidera pulsat,
 Altaque Cœlicolum templa, adytumque Dei.
 Cœlitibus placuere preces, placuere benigno
 Vota Deo, auditi dignus & ille fuit.
 Quæ lyra, quæve chelis sonuit nam gratior vñquam
 Dulcius aut potuit pullia mouere Deos?
 Non hic contendat cantu Rhodopeius Orpheus;
 Vincere vel Manes se potuisse ieros.
 Ille maritus erat, raptam Euridicenque sonabat,
 Et fuit hanc reddi cura, sed vna, sibi.
 Sic tulit, ut meruit: meruit non amplius vnam
 Euridicen, querula præmia cœca lyrae.
 Si multis tribuisset opem, plus traderet Orcus:
 Caula est in plures æquior esse pium.
 At miseris Nolacis adeat pater omnibus idem,
 Utque Cicada, chelym plectra fidesque mouet:
 Nam video refono mulcentem pectori Numen,
 Infera quod trepidant cum Joue regna suo.
 Ille quo Euridices Libyco extorquebit ab Orco?
 Sidera si numeres, has numerare queas.
 Illi etiam gratas statuet Proserpina leges
 Altera, quæ Supero semper in orbe micat.

En

71 *Liber Secundus.*

En dicenda venit: faveas ò Diua canenti:
 Dum sis Musa mihi, tu quoquæ carmen eris.
 Te super, hac vice, si quando fœlicibus vmbbris.
 Barcino, nox fuscos alta regebat equos.
 Fœlicem noctem! cuius si lumine certes,
 Vincet Phœbe, dies pulchra Diana tuos.
 Orabat Iuuenis deuoto pectoris æstu
 Flammæus; in miseros nempè vigebat amor:
 Cum se illi, non ante oculis tan clara, videndam
 Obtulit in nimbo fulgida Virgo Parens:
 Lapsaque de cœlo per noctem in luce resulfit
 Pura, virgineis vndique sœpta choris:
 Cœlicolis qualis, quanta & solet ipsa videri,
 Äterni Matrem denique fasla Dei.
 Miratur Iuuenis, roso fed protinus ore,
 Miranti hos afflat Virgo decora sonos:
 Petre, tibi cœlo non mittitur Aliger alto,
 Ipsa ego fed venio Numinis alma Parens,
 Sic tua me vicit Pietas, & vota fauendi
 Feruida captiuis, tam mihi grata, meis.
 Huic satis ut facias flammæ, & magis ardeat ignis,
 Non rerum exiguis nascitur ordo tibi.
 Candida de nostro curabis nomine surgat
 Relligio, inque meum cognita in orbe decus:
 Huic scopus egregius, sanctique imitamen Amoris,
 Maurica sit Christi demere vincla gregi:
 Ne Libyco captiua Fides resecetur ab hoste,
 Qui tam Christigenas, quam lupus vrget oues,

E 2

Sic

72 *Diagorges Diu Petri Nolasco*

Sic seruet mileros, redimatque tyrannide sua
Horum ergo ut dedat pignora chara neci.
En dabit accentam diuino Pneumate prolem:
Nam studia, & mores gentis, amoris erunt.
Te mihi rem gratam facturum, Petre fidelis,
Et Nato, admoneo, qui tua vota iuvat.
Dixit, & ex oculis materna luce beatiss.,
Lenta it: adorantem vix sinit illa Petrum.
At non inde petit sedes stellantis Olympi:
Displacet inculta sub Pietate quies.
Ad te fert Aurora diem dignata, Jacobē
Bellator, Mauri victor Ibere trucis.
O quantum illa tibi defert in rebus egenis,
Regia libertas cui modū adempta fuit.
Ergo tibi apparens sic imperat aurea Virgo:
Atria fac lurgant Relligiosa mihi.
Hic, Mauros superes ne tantum Marte cruento,
Sed virtute pia magna trophya canas:
Hic, inquam, blanda viuant Pietatis amantes,
Qui se, vel vinclis, deoueantve neci.
Nō proprium horrebunt caput obiectare periclis,
In captis nutet cūm sacra sorte Fides.
Huic toto miseris celebrandus conditor orbe,
Principium sobili nobile pone piae.
Sic mihi, sic Nato placitum. Quin flectitur ultro,
Qui pensare potest vincla aliena suis.
Hæc effata, graui torsit sua lumina flexu
In Raymunde, tuas, vir venerande domos.

65

70

75

80

85

90

Illa

73 *Liber Secundus.*

Illa quid in somnis tibi iam nisi dicta reuelat?
Num repetam? cur non, si pia Virgo facit?
Tædia sed parient repetentis ab ore Poetae,
Quæ sunt Mœonia carmine digna lyra.
Ergo Raymundum coelo festina reliquit
Virgo, volutantem pectore iussa suo.
Felicem noctem, tantæ, cui contigit vni,
Descensus terris auxiliumque Deæ!
Exin, sorte noua, Mariana luce micabis,
Fulgida cui luna est id quod aluta pedi.
Sed neque sculpta tuis splendebunt sidera bigis:
Virgineo, ut fas est, viæta nitore cadunt.
Dælia, ceu stellas, sic vincis Apollinis ignes:
Nec iam clara voles illius esse dies.
Nox tamen vna orbi Supero descendit Olympo,
Qua tu, mira licet, non potes esse prior.
Quam felix, quam leta fuit, quam laude sonora,
Scis bene: Nox nocti proditur ipsa tibi. 100 *Psal. 12.*
Illa in nocte, nimis Bethlem mirantibus antris,
Enixa est hominem candida Virgo Deum.
Illa in nocte Deus pastoribus ipse resulxit
Natus, plus bellus sole micante Puer.
Gloria in excelsis illi: pax cœlica nobis:
Necesse illa Aligeri concinuere chori.
Illa in nocte salus miseris apparuit a gris
Diuina, humanis vnica spesque malis,
Huic te Christifere video submittere nocti,
Figentemque suis oscula grata rotis. 115 *Luc. 2.*
E 3

73

95

100

105

110

115

120

Laus

74 Dioges Diui Petri Nolasco

Laus tamen hinc crescit, memorandaq; gloria fastis:
 Quam(licet intideant) nox tibi nulla negat.
 Si tot, quorū fuerint, vel erunt, numeraberis inter,
 Prima eris: illi vni sola secunda venis.
 Felix nascentis, nostra sub imagine formæ, 125
 Nox illa in toto dicitur orbe Dei.
 Tu descendentis, quod Phœbus tendit ab ortu,
 Nox bona Virgineæ dicta Parentis eris.
 O qualis Pietas, quale & vos fœdus amicum
 Nectit, quas Nati Matri amorque ligat. 130
 Quam bene de nobis meritæ, sub fine salutis,
 Disparilem miseris vtraque fertis opem.

LEMMA XI.

Nolascus diem, sibi desideranti pigre venientem, spe-
 Et. statim ic illuxit, ad Regem & Raymundum
 contendit. Ex illis cognoscit easdem, quas i se ex vi-
 sione Virginis celestes delicias & monita libauerat,
 eos itidem & oculis & auribus hauisse. Itaque al-
 ternis colloqvis de tam mirabili favore delelati
 suauissime, ea quæ in mandatis acce-
 rant, quantocuyus execu-
 decernunt.

Luc. 1. EN Nolascus ait Mariano nectare potus:
 Munera quis cœli clausa tenere queat?
 Virgo non potuit: gressu in Montana volanti
 Fertur: concepto plena Deoque subit.

In

Lib r Secundus:

75

In veteri Vates festiuis saltibus aluo,
 Audit ut matrem, pandit adesse Deum.
 Non sinit esse pigros, quoquos Deus incitat Ignis:
 Hos, quibus insidit, non sinit esse pigros.
 Cur ego detineor, qui exemplis prouocor altis?
 Cui vidisse Deus Matris & ora dedit? 10
 Hinc secum queritur se iniussa silentia ferre,
 Quod nox umbrisferis lenta sedebat equis.
 Interea quid agat? Nil se illi dulcius offert,
 Absentis speciem quam meminisse Deæ.
 Sic Virgo, ut decuit, cum maiestate micanti 15
 Venit: sic fulsit, sic veniente, domus.
 Aera sic tenuit liquidum almo lumine fulta:
 Ornantes collum sic nituere comæ.
 Sic redimita caput: vestis sic alba fluebat:
 Purpureo sic hos edidit ore sonos. 20
 Haec mihi, & haec dixit: vidi hos sub lumine vultus:
 Mira erat haec facies: hic erat oris honor.
 Ac velut Ambrosia qui quondam & Nectare vixit,
 Rursus, dum meminit, se putat esse Deum:
 Sic illum recreant, animo dum ruminat alto, 25
 Virginis os absens, præteritusque fauor.
 Iam roseis Aurora rotis inuecta subibat,
 Laxans purpurea lucida lora manu:
 Tunc celer, & Sancto Nolascu Flamine plenus,
 Quod modò sacrarat Virgo, cubile sinit. 30
 Vir Raymundus erat Pietate insignis, & alto
 Egregias iungens sanguine mentis opes:

E 4

Ful-

76 Dioges Diui Petri Nolasco

Fulgebatque tui ceu Phœbus, Barcino, Cleri
Et Lalætani gloria clara soli.
Hsic animi medico referabat pectoris altum 39
Nolasco, iussis ductus ad astra suis.
Hunc adit, ethereusque illi se nuncius offert.
Visaque cum monitis Virginis ora refert.
Audijt attonitus; tenuit nec dulcia pectus
Gaudia, sed latos fudit ab ore sonos: 49
Ecquid, ais, fili? In me tu mea visa recudis;
Non ego dissimili, Petre, fauore fruor,
Me quoque felicem fecit dignata micanti
Virgo ore, & verbis hac tibi nocte parem.
No equidem merui: sed cū æquo extollor honore, 49
Exterior, fili, quid tua yota valent.
Quin mihi votorum, ipse vide, quam magna tuorum
Pars datur: vt meritis aggregor ipse tuis.
Non Iris sic sole rubet: Venerisque cruo
Non sic, quondam albæ subrubiueret rosa: 59
Vt subito audita Nolasco laude modestus
Tinxit formosas sponte rubore genas.
Demissis tamen ille oculis hæc verba profatur:
Sic etiam chari munera Patris obis.
Is solet haud merita natos accendere laude: 59
Ilos virtutis gloria sanguine novet.
Si Deus audiuit facilis mea vota fauendi:
Huic gratare, Pater, me meruisse, nega.
Tu, Palinure sacer, iactatæ flamina nauis
Qui regis, in Scyllam ne ruat, ipse meres. 69

Nunc

Liber Secundus:

77

Nunc ecclæ (instat enim monitis parere supernis)
Regi pandamus, te rogo, iussa pio.
Haud mora, proceduat; fandi que vbi facta potestas,
Raymundus læto sic prior ore sonat.
Vix præ lætitia possum, Rex inclyte, dignis 65
Mira huius noctis visa referre modis.
Dixerat hæc tantum, & iam dissimulare fauorem
Non ultra cœli regia corda ferunt.
Me, Pater, ausculta, exultans Rex protinus, inquit:
Sorte pari vestre fortè beatus ero. 70
Ergo refert rerum Dominam, Matremque Tonantis
Se vidisse oculis no ëte silentे suis:
Utque Redemptricem captorum condere gentem
Virgo illum monitis iussirerit alma pijs.
Obstipuere viri: conceptaque gaudia mentes 75
Dulciter extaticas astra tulere supèr.
Omnia mira ipsis & plena fauore videntur:
Singula perque iuuat ducere mente moras.
Tum Nolasco ait grato feruentior ore:
Me, Raymunde, loqui, Rex pie, tuque sine. 80
Quid prius admirer felicis nescio noctis,
Nam quot sideribus, tot micat illa bonis.
Ipse Deus misericors fons manifestus in illa:
(Laus illi, tantus deuenit unde satior.)
Ipse Redemptricem populo sub vincula gementi 85
Barbara, quo placuit tempore, misit opem.
Qua voce est vsus dulci? tanta que salutis
E cœlo nobis pignora quanta dedit.

In

78 Diagges Diui Petri Nolasco

Inuideant nobis duro ex Pharaone redempti,
Qui lymphas lachrimis Nile, bibere tuas.

90

Exod. 7. Mirus & inuideat Moses, Pharaonis in vndis

Exod. 5. Qui fuit immersi, lospite gente, Deus.

Ille rubum flammis non dantem pabula vidit,
Et rutilo virides igne micare comas;

Miratus fentes flammis audire sonantes: 95
J, redime oppressum sub Pharaone gregem.

Magnarum huic licuit rerum spectare figuras:
Quid rubus? Intactæ Matris imago fuit.

Nos sacros vultus: nos aurea Virginis ora:
Nos summi Matrem Vidimus ergo Dei. 100

Ad nos ipsa libens venit de luminis aula:
Dignata est nostras visere & ipsa casas.

Nos ipsam roseo auscultabimus ore loquentem,
Dixit & indigno talia verba mihi:

Petre, tibi cœlo non mittitur Aliger alto, 105
Ipsa ego sed yenio Numinis alma Parens.

Quid mihi contingat, miseris dum vixerim terris,
Dulciss? Aut que aures mulceat aura magis?

Obstupso memorans, & mens absorta fauore
Virgineo, se iam corpore abisse putat.

110

O seruo Pietas indulgentissima pigro,
Qui fuerat facie destituendus heræ!

Lac. 1. Vnde mihi (mater cecinit mirata Joantis)

Me Domini ut visat nostraque tecta Parens? 115
Quid nos dicemus, quibus hæc bona munera tanto

Plus crescent, quanto debita iure minus?

Illam

Liber Secundus.

79

Illam plena Deo in terris, pauperque, humiliisque,
Nazario inuisit Virgo profecta solo.

At nos cum in cœlo sublimibus imperat astris,
Iuncta tenens Nato tempa thronumq; Deo. 120

Illa tribus sacræ Mariæ cognata micabat:

Nos serui (quod enim nos iuuat esse) sumus.

Et modò, quas nostis, vos mecum voluite causas
Descenſus Supera Matris ab arce piæ.

Venit captiuis dare opem dulcissima Virgo, 125

Venit clementi rumpere vincla manu.

Venit Christiadum tristes abstergere flectus,
Et Mahometeo demere colla iugo:

Vt requies foret afflictis, vt dulce leuamen,

Vt lux in Libycis, spesque, salusque, locis. 130

Quid si illa ærumnas alto spectabat Olympo,

Terribiles dominos seruitiumque ferox?

Viscera quid Matris facerent? Quid flumen amoris?

Obstrueret fluidas num Pietatis aquas?

Quin læto ut capis descendens plurimus imbri 135

Juppiter, inclusos intrat ad vsque sinus:

Sic fautrix inopum descendit ab æthere Virgo,

Sordida viñctorum laxet ut antra virum.

Hec inter (fauor ò vix nostro effabilis ore!)

Participes voti nos facit illa sui. 140

Euehit ad cœlum: pulchris nos inserit astris:

Arcano fruimur consilioque Dei.

Perque Dei Matrem delecti ad magna vocamur

Munera, quandoquidem munera grata sibi.

Quid

80 Dioges Diui Petri Nolasco

Quid nobis maius, vel erit felicior vnum, 145
Quam Diuæ in miseros mollia corda sequi
Et certos fines, magnarum & culmina rerum,
Quam bene disposuit Virgo, videte, rogo.
Relligiosa manu surgant ut claustra potenti
Elegit robur, Rex Iacobæ, tuum. 150
Legibus vtque sacri niteant instructa magistri:
Non Raymunde, alium, te nisi, Virgo dedit.
At cur me elegit? Petri si nomine ducor,
Conculcatus humili rite lapillus ero.
Hoc duco esse satis: sacrandaque eius honori 155
Quidlibet abiectum me inuat esse domus.
Et mihi si detur captiuæ cura leuandi:
Illi horrendas ipse subibo vices.
Me vinclis, longæ me dedam, credite, morti:
Ipse meus iubet hæc officiosus amor. 160
Ergo Redemptrici (te, Rex, Authore struendæ)
Militiaæ nomen corda libensque dabo.
Notis pone meis, superisque exordia iussis
Fausta: citamque inopi, quam cupis, offer opem.
Virginis auspicijs felix iam fidus adoro, 165
Stet regale tuæ quo Pietatis opus.
Hæc fatus, iacuit Regalis ad oscula plantæ;
Cui Rex, extendens brachia, latus ait:
Mystica te, Nolasce, super fundamina ponam: 170
Tu nouæ ades lectus Religionis apex.
Nec mihi, quod pia ad hoc culmen te Virgo vocarit,
Ætherio veniens, fas dubitare, Polo:

Vt-

Liber Secundus.

81

Vtque rogas, cœlumque iubet, non vota morabor
Ipse tua; at magnis magna parare decet. 175
O me felicem, Virgo quem vincere Matros,
Non armis tantum sed Pietate docet!
Se Numa cur iactet mentito numine Nymphæ?
Dignata est mecum Virgo superna loqui,



®

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
GENERAL DE BIBLIOTECAS

DIA-

DIAGOGES
DIVI PETRI NOLASCI
LIBER TERTIVS.

CAPUT I. De Nolasco à B. Virgine Redemptricis
familia electo Patriarcha & egregio
Fundatore.

LEMMA I.

Jacobus I. Aragonie Rex, die inuestissimo Martyri
Divo Laurentio sacra, Militarem B. M. de Mercede.
Redemptionis captiuorum ordinem (ut ab ipsa Dei
Matre in mandatis acceperat) erigit, fundat, nuncu-
patque. Diuus Petrus Nolascus, prima huius Redemp-
trici's familie Petra, solidissimum, unicunque funda-
mentum, coram Rege, & Regi Proceribus, toga om-
nino alba indutus, Magister Generalis solemnis cere-
monia creatur. Ante hec autem D. Raymundus de Pe-
ña fort, nascentis è suggesto Religionis Institutum,
in illo Regio Conuentu mirifice explanat,
commendatque.

F) Ost noctem aduentu sacram Jesseidis almae,
Candida iam nouies Luna iugarat equos:

Nunc

Liber Tertius.

Nunc tibi pulcher adest Titan: placidusque micanti
Fundit festuum, Barcino, ab ore diem.
Eius equi laetis impletat hinnibus auras,
Æthon, Eous, cum Pyroente, Phlegon.
Plus solito volucrum concentibus intonat Æther
Multisonis: plausu nullaque penna vacat.
Omina fausta canunt: ostendunt forte Columbam
E caelo in terras aduolitasle piam.
Et sensere diem, quo toti panditur orbi,
Quod tribus exposuit Nuncia Virgo viris.
Ergo Augusta dies aderat, par nomine Mensi,
Post luces rutilat quæ prior vna nouem.
Quam tua, Laurenti, exornat craticula candens:
Cui datur & flammis vincat ut astra tuis.
O decus Hispanum, Oscensis quoquè gloria gentis:
Diue ò, qui ceptis Laurus adusta faues.
Quis neget indicio esse tuas cum flamme prunas,
Surgere iam sobolem, quam pius vret Amor.
Quæ pro pauperibus, Libyaque in compede seruis,
Haud timeat lento, te duce, in igne mori.
Hac iam Fama celer populis vulgarat Iberis,
Indicens faustum Rege iubente diem.
Et procul aduenere viri, Proceresque potentes,
Qui te, vel cineres, fida Sagunte, colunt.
Quos roseis mulcet per amena Valentia ripis:
Quique tui potant, Turia, fontis aquas.
Quæ per Aragonios habitat gens inclita campos
Lymphis irriguos, diues Ibere, tuis.

30
Et

84 Diagorges Divi Petri Nolasco

Et quā Cynga rapax nondum commisus Iberos
Errat: quā Sicoris lenis & vnda fluit.
Ergo iam clavis reboantem heroibus urbem
Cernere erat: potuit tunc placuisse sibi.
Ipsaque se aulæ ornarat pendente fenestris:
Et placidus ventis serica ludus erant:
Perque vias stabant oleæ laurique virentes,
Quæ sacra Nolasci signa fuere pīj:
Arboribus victris Pietas ostenditur: aptæ
Frondes virtuti: frondibus apta dies.
Omnia lata sonant: vicinaque littora plausi,
Nereidumque chorus, confremucre pari.
Dant signum interea maioris cymbala templi,
Tinnituque vocant ad sacra festa grati.
Incedunt primæ tenera cum virgine matres:
Tanta in re nec erat, qui volet esse piger.
Rex equidem proceres inter procerior ibat,
Fulgebatque in eo regius oris honor.
Pēnē etate puer, tantum (ni fallor) Ephebus:
Hostibus horrore iamque erat ipse suis.
Sic erat (vt credo) puleher, nec fortior illo,
Dum puer Alcides, dum iuuentus fuit.
Proximus illi ibat rutilus si flore iuuentus,
Sancto Nolascus pectoris igne magis.
Quām demissi oculi! quām grata modestia vultus!
Ad se aliorum oculos vi rapuere sacra.
Hic est, dicebant, iussu qui Virginis alma,
Soluere, & Afra pati vincia, voulpit amans.

Hic

Liber Tertius:

85

Hic poterit iuuenium felix exemplar haberi:
Nobilis, & diues, vina rosasque fugit.
Illos ab pudeat falso se subdere Amori;
Hic, quæ sit Pietas, sanctaque flamma, docet,
Magnifice instructam ut venere ad Numinis aram:
Ut gemino ad grates procubuerit genu:
Rex prior ut sedit solio subnixus eburno,
Post Petrus, & circum splendida turba ducum;
Haud mora, grandisonos perflatunt organa cantus;
Mille modis dulces insonuerit choiri.
Tum sacer Antistes thuris solemine Sabæi
Impletis aris coepit odore sacrum.
Postquam Euangeli cecinit sacra verba sacerdos,
Sederat & populus, qui stetit ante, pius:
Sic vir Raymundus suggesto exorsus ab alto:
(Penderit voce omnes: ore animisque fauent.)
O qualis, quantusque dies, albisque notandum
Gemmis, illuxit, Barcino fausta, tibi!
Non hic sole micat, sed Virgine splendet amicta
Sole, facit tantum solaque Virgo diem.
Huic debet radios sphera meliore receptos:
Huic ortum debet sub Pierate nouum.
Non latet, Heroes (quando vos fatna vocauit,
Festus & hac sacra iunxit in æde dies.)
Diua per noctem Elysia descendens ab aula,
Hancque urbem vultu se decorasse suo.
Tres fuius testes, voluit q̄tibus ipsa videri,
Et dulcis Nati credere iusta sui.

Vnus,

86 Diagoge. Diui Petri Nolasco

Vnus, Nolasco pietate & sanguine notus,
Alter, Rex noster, Dux, Patriaeque Pater.
Nominibus nostrum liceat si iungere claris,
Ad cœleste decus tertius ipse vocor. 90
Quis memoret quanta se nobis luce videndam
Obtulit: aut qualis fulsit in ore decor?
Ex quo ego vidi illam, Sol, Luna, & splendida sordēt
Astra milii, & quidquid lucis Olympus habet,
Ecquis ego? dignum Superis admiror honorem, 95
Paruum demitti lumen ad visque meum.
Ergo ad nos venit diuini Nuncia cordis,
Et suus in miseros irradiauit Amor.
Quid petij? Quid captiuorum facta Redemptrix
Mandauit: Gratum quod sibi dixit opus? 100
Religio est modò qua surgit, fundata sacratis
Cratibus, & prunis, Martyr Ibere, tuis.
Conuenit auspiciū curis rebusque gerendis,
Et Sacri amoris opus proditur igne suo. 110
Illa quid hunc nisi cœlestem spectabit amorem?
Ad nutum, id quod ager, dulcis amoris erit.
In commune bonum captiuī nascitur orbis:
Auxilium miseris cœlitus illa venit.
Pulchra Redemptoris sequitur vestigia Christi: 115
Jesu per paenas æmula facta ducis.
O pia progenies, gens selectissima, capti
Leges feruandi cui sacra Virgo tulit!
Munifica imprimis spernet Plutona tenacem:
Porgere pauperibus nescit auarus opes. 120

Non

Liber Tertius.

87

Non patris locupletis opes felicior hæres
Ad luxum, & vita commoda grata volet.
Christicolas redimet nummis auroque paterno;
His haustis, nec erit sedula cura minus.
Nam Pietas & Amor feruore mentibus addent: 125
Angustam virtus nititur ire viam.
Non sibi posset opem: fiet pro paupere capto
Pauper, & excipiet triste rogantis onus.
Est rubor ingenuis emendicare: quod ipsi
Accipiunt, soluit sanguis in ora ruens. 130
A vobis Proceres, petet æra, stipesque rogarib;
A vobis, ciues, æra stipesque petet.
Siue domi sitis, viridi aut sedeatis in umbra,
Seu pes vos ducat per forā, perque vias:
Orabit supplex, & membra gementia Christi 135
Obijciet vobis esse sub hoste fero.
Nil, quò eleemosinas vestras lucretur, omittet:
Nil, vestra miseri quò redimantur ope.
Ad Mautusiacas infesta per æqua gentes
Ibit, non metuens tela minasque necis. 140
Quid trepidet, timeatve sibi, qui se offeret vltro
Poenis, iam voto victimâ sacra suo?
Non auro tantum redimet frangente catenas,
Fixave ferrati, ferrea claustra seris. 145
Si quis (Christe auerte nefas) ceu transfiga, sacram
Abiurare Fidem militiamque velit:
Seruitio diro se gens, dominoque superbo,
Ne miser hic pereat, religiosa dabit.

F 2

In

88 *Diagorges Diui Petri Nolasco*

In summa: hæc nbi erit lex, Vincis soluere, Christi
 Cum:q; Fide ad sacrum reddere ouile gregē: 150
 Tradere le manicis: causa poscente, ferocem,
 Sospite captiuo, velle, patique necem.
 Quæ pietas huic aqua micat? seu flamine sancto
 Tot gelidas inter fortior ardet aquas?
 Huc dius procedit Amor Christo Hercule dignus: 155
Ioan. 18.
 A tanto hæc polita est ignea meta Deo.
 Quid Virgo afferret sacra, Sponsaque Flaminis almi?
 Quam, nisi diuini lampadas ignis, opem?
 Pallade mista sacra non cedet flamma procellis:
 Frustrā agitata feri saeuit vnda maris. 160
Cant. 8.
 Ridet aquas oleum, victorque supernatā vndas:
 Hinc flamma Sponsi lampades ignis erant.
 Hinc studium, hinc appetit inexpugnabilis ardor,
 Perpetuæque pium Religionis opus.
Eccl. 24.
 Hinc pia fundatrix, hinc Virgo decora coruscat, 165
 Pulchra quidem campis sicut oliua bonis.
 Vnde fauor misericordie? Vnde hac clementia Matris?
 Scilicet ex olea diuite fonte fluunt.
 Pulchra refert specimen Diuina militantis oliua,
 Iureque virgineos pandit amica sinus. 170
 Illa hominum fætrix sub barbara vincla gementum,
 Nomen ab officio, siue fauore, petit.
Merced, quod fauor est, Hispanus dicere gaudet:
 Et memor hac tanti voce fauoris erit.
 Quippè Redemptorum soboles, ordoq; superius, 175
 Dandaque militia stirps generosa noua:

De

Liber Tertius.

89

De Mercede sacer Mariæ appellabitur ordo,
 Inque suum cedet nomen in orbe decus.
 En noua Relligio quinta est dignata Parente!
 Dignus erit tanta quis modò prole Pater? 180
 At tam Virgo fuit proli, quam prouida captis:
 Cernite, quam dulcis munera Matris agat.
 Munifica in miseros nil se fecisse putauit,
 Electum soboli ni daret ipsa Patrem.
 Quem sibi de legit natum iam experta fidelem, 185
 Huic dixit: Nostra tu Pater esto domus.
 Ecquis erit felix, qui summo vertice, vt Atlas,
 Tam celeste ferat Religionis onus?
 Coram est, Nolasci præsentiaque ora videtis,
 Quem sua me virtus laude grauare vetat. 190
 Author ut inuentis ponit fundamina rebus,
 Fundatve ut lectis regia templa petris:
 Sic opus ipsa suum, muniuit & atria, lecto,
 Virgo, Petro: potuit nec meliore petra.
 Ille habitum cum prole geret candore inicantē, 195
 Virginem Adæ fœda qui sine labo prober,
 Plaudite iam, mandat fieri sibi talia Virgo:
 Plaudite, fert nullas iussio sancta moras.
 Rex obedit celo, cui gratias proditur Author
 Nascentis sobolis militiaque pia, 200
 Sacra Redemptoris Nolascus suscipit arma:
 Relligio gaudet nomine nata suo,
 Libertas oritur populis optata sacratis:
 Panduntur fractis Maurica lustra seris.

F;

Plau-

90 Diagorges Diui Petri Nolasco

Plaudite Chriticolæ choreas, & pangite cantus: 205

Ducite festiuos Virgo Puerque choros.

Magna Redemptrici date nunc praæconia Matri:

Magna tuo Nato: magna Patrique Deo:

Magnaque Spiritui, qui vtriusque à pectore prodit;
Omnia magnificis laudibus ora fonent. 210

32 33 49 37 17 49 21 27

Hinc Clio flato mira hæc cælabit in ære,

37 48 79 98 61 24

Vt lapsæ notus Virginis annus eat.

20 55 43 9 89 61 49

Hic annum qui de numeris deducere malit:

81 17 50 69 24 37

OEdipus hæc sicut disticha bina sibi. 1218.

Dixerat, & lœto sonuere ingentia plauis

Templa: Deumque homines obstuپuere piūm.

Supplex instabat facundi oblatio panis;

Sed Deus oblatum suscipit ante Petrum.

Quid si felicem referebat imagine panem,

Pænèque erant similes inter vtrumque notæ. 220

Aris offertur panis: Cererisque medullam

Accipiente Deo, post neque panis erit.

Divitijs Petrus spoliatus se omnibus offert,

Seque ipso: veteris nil hominisque manet.

Ille Redemptoris veros mutatus in artus, 225

Quid nisi spiritibus pabula sancta feret?

Iam Petrus cœlo factus dictante Redemptor,

Mentibus auxilium corporibusque dabit.

Sup-
putatio
per nu-
meros
mino-
res iux-
ta regu-
las Hie-
ronimi
Spadij.

Ille

Libr Tertius. 91

Ille teget Christum Cereali albore colendum:

Et totum vestis mox teget alba Petrum. 230

Ergo Nolascus venit deuotus ad aras,

Pontificisque iacens adfuit antè pedes.

Quem Pater admonuit vaseat quām magna Tonanti,

Magnaque quām Matri nuncupet ausa Dei:

Quām diu pro captis debeat igne cremari, 235

Pro quorum statuit sponte salute mori.

His dictis, illum tegumentis induit albis,

Raymundo cupida nempe iuante manu:

Vestibus apposuit Regisque insigne Iacobi,

Addita cui in clypeo Crux fuit alba rubro: 240

Hoc à Rege datum Petro sobolisque futuræ,

Pectoris, & niueæ nobile stemma togæ.

Vt stetit armatus, plauserunt ora Magistro

Cuncta nouo: Noue dux ordine macte pio.

Plausibus at patuit, votis dum excedit ab aris, 245

Sub niueo, id quod erat, vellere mitis ouis.

Mysta sacrum sequitur: rursusque altaria suffit:

Fulgida Panacea sidera scandit odor.



F 4

LEM-

LEMMA II.

Rex Jacobus, quo magis Redemptoris Religionis Fundator & Patronus amantissimus ostenderetur, Nolascum, & nascentem eius familiam, intra suam excipit Regiam: ibique designata ad vitam Insitum idonea domo, maximis regia liberalitate comulat beneficijs.

Finierat sacrum Antistes diadema cinctus:
Templa iterum latè confrepue fono.
Regis erant laudes: fœlix ò Cæsar Ibere,
Fausta tui gentes imperij ora canent.
A Joue principum, sumique a Virgine Matte:
Impletisque animis iusta vtriusque pijs.
Rellgio, Zelusque Dei, regna omnia firmant;
His caput auspicijs aucta corona premet.
Non tecum Egeria elt, genitrix sed Virgo locuta:
Vincis & erecta Relligione Numam. 10
Hæc erit inter cingentes tua tempora lauros,
Vna magis fœlix, nobilis vna magis.
Hanc inter claros poteris numerare triunphos,
Per quam tot seruis pilea lata dabis:
Per quam se Mariæ subdet Mahometica Luna, 15
Expediat quoties fracta catena viros:
Per quam donec amor redimendi fulgeat ardens,
Perpes Maurorum viator habendus eris.

Tum

Liber Tertius.

Tum vidi Heroas, verbisque animisque benigno
Regi gratantes, ordine quemque iuo: 20
Rex o cœlo chare, & Iberæ gloria gentis,
Virginis alloquo nocte leuare viros:
Auxisti imperium: tibi seruiet Africa tota
Scit Petras gentis sceptrâ domare feræ,
Hæc audita mihi tulit ingens cætera murmur: 25
Sat tamen his noui, quæ bona verba forent.
Continuò Rex è solio surrexit eburno,
Et flexo liquit templa sacrata genu.
Tunc populi procerelque pium longo ordine Regé,
Quo venere, alacres atria in alta ferunt. 30
Nolascum interea laudant, mirantur & omnes,
Nec laus vna fuit: nec modus vnum erat,
Ceu in fraganti depictis floribus horro,
Hic violam, ille rosas, lilia & ille legit.
Sic laus virtutes Nolasci periuagat omnes: 35

Illeque virtutum floridus hortus erat.
Et fuit inter eos, qui sic æquauerit illum
Flori Jeseo Virgine Matre sato:
Christus adest miseris, & tu, Nolascæ, Redemptor:
Virgine & ille venit: Virgine & ipse venis. 40
Illa Redemptoris Christum succinxit amictu,
Intra vteri genitum tempula pudica sui:
Eft tibi qua redimas homines, modo candida vestis:
Hac te veste tegi, quis nisi Virgo dedit?
O fœlix! Matrem ipse tenes & Christus eandem: 45
Hic alii germeni: tu, Petre, corde satus,

Iure

94 Diagoses Diui Petri Nolasco

Iure ergo, Nolasce, Lyra modularite canemus:
Christum patrissas: Christi habitumque refers,
Limina Rex festa comitatus ad aurea pompa
Venit: Lætitia personat aula pia. 50
Tum sic ille: tenes, ait, o Nolasce, cupita:
Vtque tibi, pariter gratulor ipse mihi.
Nempè ambo Mariæ monitis respondimus altis:
Fecimus & iussæ quod Pietatis erat.
Tanti operis Virgo voluit quod conditor essem: 55
Prima operis voluit petra quod ipse fores.
Dum tibi saxa hærent, natorum candida turba,
Nos, me & te, capiet regia nostra duos.
Edita Religio Cælo, regales parvula terris
Cunas, & Regis debet habere domum. 60
Hæc mihi cordi erit: auxilijs opibusque iubabo;
Sic datus à Cælo cognitus Author ero.
Tu quoque ad has partes (aderat) Raymude, vocaris:
Fac noua puppis eat flamine ducta tuo,
Cui sic Nolascus: Quid ego, dignissime Princeps, 65
Eloquar? Officijs obruor ecce tuis.
Candida Religio captiuorum orta fauori,
Natalem ipsa tibi debet in orbe suum.
Me quoque (tanta tua est Pietas) sobolemque futurā.
Urbe, domo socias, diuitijsque iuuas. 70
Nuncia Virgo Redemptricem te condere gentem
Iussit: plus iussis, Rex Iacobæ, facis.
Virginis haud seruus diceris inutilis alma;
Hinc erit officijs gratior illa tuis:

1. no. ea.
17.

Liber Tertius.

95

O si sufficierem laudare & reddere grates!
Sed precor è cælo præmia digna seras.
Hæc ait, & prono ad plantas se projicit ore
Regales: sibi post tecta parata subit.

LEMMA III.

Militaris ordo Redemptorum filijs genere & virtute
claris incipit floescere: & Nolascus cum noua prole
miros, in munere redimendi, Charitatis fru-
ctus producere.

Qui fecere Patrem diuino afflamine ducti,
Candida Nolascum dic modò, Musa, viros,
Canca, inquam, primos, quos Virginis igneus Ordo,
Quos Pietatis amor, quos sibi Virgo tulit.
Primus, quem niueo cinxit Nolascus amictu, 5
(Non maiora canam) tu mihi, Luse, venis.
Mox te, Basile, toga, Gallorum clara propago:
Præfecitque lacro post sua facta gregi.
Munus idem, Romane, tenes: sequerisque Parentem

Tertius, o nostrum, Liligerumque decus. 10
His, Ameri, & equali succidis quartus honore,
Iure Catalauni stirps generosa soli.
Iunge his Corboriam Altaris Christique ministrum,
Cui dedit illustres Barcino diues auos:
Et Leonardum captiu clamantis Asylum: 15
Hoc illum Pietas nomine nota vocat;
Quosque egit Canonum Iurisperitie claros,
Ni fallor, Cafolis nomen utrique cluit:

So-

96 Diagogenes Divi Petri Nolasco

Solanæ etiam, & Dolum, geminosque Casanos,
Heroum æquantes cum Pietate genus. 20
Nec te, Paschali, nec te, Nonnate, silebo;
Proles Nolasco digna Parente tuo:
Sic Mercediadum ecclœ filgetis in albo,
Ceu Phœbi ætherio splendet in orbe iubar. 25
O vitam possem vestras modò promere laudes: 25
Succinarem palmas, prælia gesta, cruces.
Sed me cæpta fetunt: Nolasco genasque priores
Hos duxi, esto alij sint, memorare satis.
Non erat vna equitum series: sed nobilis ordo
Mistus erat Laicis Sacrificisque pijs. 30
His sacris operari, hymnos & psallere, cura:
Illi, vt redimant, poscere dona, fuit.
Collectis stipibus redimendi munus obibant
Præbyter, albenti cinctus equesque toga.
Ordinis à cunis centum propè floruit amos 35
Mos hic: inde sacræ res data tota viris.
Igneus ergo Patris Nolasci spiritus ibat
Per sobolis fusus pectora blanda suæ.
Ut quondam æthereus projecta veste Propheta
Fecit Eliseo flamen mette futum: 40
Haud aliter charis Pietatis feruida natis
Cum niuea Petrus semina veste dabat.
En cæpere, vt apes, dulces educere fructus:
Patris vt illæ olim quæ meruere manum.
Quid si eleemosinæ, redimendi orantibus ergo, 45
Pergrata Hyblæi ceu thyma montis erant;

Reg. 4.
cap. 2.

Eia

Liber Tertius.

97

Eia age, & hos apibus conser: labor æquus utrisque:
Æqua operum requies: nec fauus æquus abest.
Illæ Hyblæ saltus peragunt & Hymettia rura:
Illi vrbes lata tub ditione sitas, 50
Ore legunt flores illæ, casiamque fragrantem:
Ore rogan illi munera sacra pio.
Ponunt illarum pars intra sæpta domorum
Narcissi lachrimam primaque fulcra fauis:
Ilorum pars claustra teneant, ad Numinis aras 55
Flentes, vt possint res stabilire suas.
Illæ onera accipiunt venientum: prefla thymoque
Crura leuant: alijs demere vincla putes.
Illi feruorum se deuouere catenis,
Se supèr assument & patientis onus. 60
Illæ mella thymo stipant fragrantia dulci:
Et quid melle viris dulcior esse potest?
Illi libertatem, ferro & carcere rupto,
Elliciunt: Melle est dulcior illa viris.
Ob regé illæ obeunt pulchrâ per vulnera morte: 65
Non sic Parthi illum: non ita Medus amat.
Duræ illi ob seruos audent se tradere mortui:
Illos & Christi coelicus vrget amor.
Flamma hac grex opifer sex orbi illuxerat annos,
Multæ iugo soliens tempore colla breui: 70
Nunc terris indefessus, nunc fluctibus errans,
Fertur centum homines asseruisse quatèr.
Hos neque vi, aut armis, ærata aut classe redemptos;
Ore magis possunt æra rogata pio.

His

98 *Diagorges Diui Petri Nolasco*

His vicit, potuitque specus, tunc Turia Maure, 75
 Extractis seruis visere sœpè tuos.
 Tunc quoquè sub nuceo stupuit viatore solutos
 • Ire susurranti Singulis amne viros.
 Littus & Algerij vidit pullare redemptos
 Ad numerum facili tympana lata manu. 80
 Has multum immanes venit Nolascus ad ora,
 Huc per captiuas appulit emptor oues.
 Cui Bernardus erat, Romani agnominé Diui,
 Sat bonus in miseros, par & amore, comes.
 Emptio tractatur: vinctis referantur & antta: 85
 Er ferro exiutur libera turba graui.
 Maurus hians serui spectat, quem vendidit, aurum:
 Tempus adest: mensis fula moneta sonat.
 Sed non tot dominis numerata pecunia duris
 Sufficit: emptores iraque auara premit. 90
 Magna Redemptorum virtus oppresla r. fulsit:
 Horum, quid faceret, nec dubitauit an or.
 Ne, Mohometigena, Nolascus, ponite, dixit,
 Spem luci: ipse spesi pignora certa dabo:
 Memi, qui pro gente libens vadimonia i rastu, 95
 Vinclaque nec serui respuo tæua pati.
 Sic ego dum maneo, pignusque admittitis vltro;
 Gentem duc, & eris, mi comes, ære redu.
 Tum dulcis socius: Pater es, sum ego filius, inquit:
 Dura iubes, quibus & filius esse negor. 100
 Filius abiectum te linquam in vincla Parentem?
 Mi Pater, i ductor gentis, & ære redi.

Sci-

Liber Tertius.

99

Scilicet ipse tuis exultans ibo redempis;
 Horrida te tetri carceris antra prement?
 Ipse domum repetam fidis stipatus amicis: 105
 Tu Mauros inter destituendus eris?
 Fratres quanta frement de me, te Patre relicto?
 Assurgetque animis iusta querela pijs.
 Frustra, ait ille, Patri, nate, inculabis amorem:
 Vitam pro pullis sedula spernit atis. 110
 Non fugit hoc fratres: & ero sic gravior ipsis,
 Si meus ipse tuo cedere netcit amor.
 Natus ad haec: Te absente, Pater, quis pascat ouile?
 Quis feret impositum Religionis onus?
 Si quos seruasti, li natos deseris omnes: 115
 Non vnum, geminos deseris ecce greges,
 Se Pater his victim sensit: lachrimis & obortis,
 Nate, ait, o felix, vtore sorte tua.
 Abripis optanti charæ mihi præmia pœnae:
 Et te, me propter, pignora carcer habet. 120
 Dixit, & in sanctis nati complexibus hæsit,
 Inde petit salua cumque cohorte rates.
 Vna omnes ieri Algeriano litora solitunt,
 Et clamore fretum consonat omne pio.
 Vincula namque Deo cantabant vindice fracta, 125
 Et libertatis redditia iura suæ:
 Atque Redemptorum pulchri cettamen amoris,
 Dum seruorum ergo pugnat vt que pati,
 Hos seruis Pylades, hos iam sine fabula Orestes,
 Plusquam Thesea prænitus le fide. 130

LEB-

LEMMA IV.

Erigitur Parcimonense cœnobium, & Nolasci humilitas, super humeros lapides & id genus ad stiraram edificij necessaria portantis, mirè elucet.

Dum feroore Petri sacratum crescit ouile, Regia dumque auctos vix capit aula viros: Cura Dei angustis nunquam non prouida rebus, Et precibus serui sueta sauere fui: Quemda mouit herum, qui largus, ut atria surgant, Nobile donauit religiosa folium: Hoc iacet, inque ampio Ponti se tendit Iberi Littore, qua media seruet Apollo die. Tum Pater exultans tali pro munere dignas Fert grates homini præcipuasque Deo. Nec minus ipse soli partes considerat omnes; A templo incipiens, Hic Deus, inquit, erit. Hic (nam virtuti debet Sapientia iungi) Hic aptum intueniet Bibliotheca locum. Claustrorum hic situs ingentis: hic & porticus alta: Hic erit ad totam faxea scala domum. Transitus hic, & ibi, & cellarum plurimus ordo: Hac lumen tectis: hac quoque limen eat. Hic tandem focus: hic prompti cellararia victus: Hic & totius vilia quæque domus. Nec mora se accingunt homines: pars vertere terrâ: Pars fossas saxo consolidare rudi.

Pars

Liber Tertius.

101

Pars saxa excidunt molem fulta decoram, More columnarum, fornicis inque modum. Saxa alij scalpunt: alij ceduntque dolantque Truncos: ferræ alij robora dente secant. Machina fit Parium vestra per aera marmor: Iamque inter strepitis vndique surgit opus. Auxit & ardorem exemplo Nolascus amico: Voce hortans homines, munere seruus erat. Subdidit ipse oneri sua colla humerosque manusq; Mirus Atlas cœni vile ferebat onus. Quid memorem ligna & lapides. Quam facta fuisset Totius ipse domus bajulus ante fuit.

Nempè prius Petri scapulis fausto omne sedit, Quod nunquam illa suis excidet acta locis. Cur timeat casus, quam nulla superbia tollit, Quæ nihil insanæ vel Babylonis habet. Ut sacra tu tollare domus, se deprimit ille, Atque humili illius scandis ad astra gradu.

CAPUT II. De sanctis Nolasci exercitijs, & liboribus Captiuorum ergo susceptis.

LEMMA V.

Nolascus castigatu corpore, & in Spiritus seruitute redacto, victor sui ipsius fuit.

Bella gerat secum Alcides: domuisse leonem Non satis est: secum denique bella gerat;

Se domet, haud illi est series confecta laborum;

Inter tot, superest ultimus ipse sibi.

Sic ait Herculeos Juno pertæla triumphos;

Et bene, nam Jole pellice vicitus erit.

Divinam res poteat opem, non Herculis astus,

Corporis aut vires, clavigerasve manus.

Illa ope Nolascus gelsit secum ardua vitor;

Bella sui, ienfus edomuitque fuos.

10

Quippè oculos iuksit, ne se rerum illice fallant,

Sidereo obtutus figere in orbe pios.

Ire vagos vertuit, Quid ab his mors impia distat?

Vt vidi, vt perij, qui malè vidit, ait.

Numen flere offendit, alienæ & crimina vitæ,

15

Hoc dabant altè oculis, ceu foret ipse reus.

Sculpserat in vultu assiduus vestigia fletus,

Vt solet alluetas riuus arare vias.

A puero blandis Sirenum cantibus aures

Clausit, & egregio maior Ulysse fuit.

20

Has statuit dulces audire & reddere voces,

Quæ Christi Iesu nomen & acta sonant;

Quæ doceant virtutis iter Dominique timorem;

Quo procūl est, auida qui bibit aure dolum:

Quæq; Deo dignum monstrant & peccatus honestū;

25

Vir purus puros ambit in aure sonos.

Non illum inuitabat ager, nec Adonidis horti,

Non odor, Hybla, tuus: sed neque, Flora, tuus.

Antra specusque libens serui patientis adibat,

Pædor ubi, & gravius dira Mephitis olet.

30

Sic-

Sicque gravi, dum præstat opem, torquetur odore,

Vitalesque subit fœtida pœna vias.

At patulo flores riaso hinc discernit odoros,

Et minus hos cœlo noscit olere bene.

O quantum abstinuit, longa & ieunia traxit!

35

Fortè in carne putes carnis habere nihil.

Jamque sine arte cibus, bellè quem condit ad horam

Sobria riata fames, non nisi parcus erat.

Non seruire gulæ, lautasque negare palato,

Olim, vixque piter, nouerat ipse, dapes:

40

Partes nempe suas pueris porgebat egenis,

Et gustata quidem ferula grata dabat.

Impiger assiduo secuit sua terga flagello;

Non tener ut quartiens aera vana pugil.

Membraque setigero constrinxit tegmine circum:

45

Heu! hostem in membris nos monet esse ferum,

Mos illi per saepa domus, sub nocte silenti,

Ferre humeris sanctæ pondera magna crucis.

Accidit at quadam (dictu mirabile!) nocte

Magna ut crux humeris vix leue inesset onus.

50

Senit, & admirans, oculis ad terga volutis,

Te mihi quis fecit, Crux, leue pondus, ait.

Cui Christus, sum ego, qui sacri, inquit, pondera ligni

Tecum fautici porto leuoque manu:

Tum carpit tabulave breues, seu puluere somnos:

55

Dulcis eratque illi mista labore quies.

Ceu qui decertant vnci se puluere prendunt:

Naufragis in tabula ceu freta sœua fugit:

G 2

Sic

104 Diagogenes Divi Petri Nolascō

Sic vel delicias somni ille euincere gaudet,
Vel noctis vitat somnia vana pigræ. 60
Lectulus ille fuit, benè quo qua fuit Jēsum:
Quo benè & inuenit, lectulus ille fuit.
His animi iunxit diros frenare tumultus;
Mensque sibi in fragili corpore sana fuit,
Agra ubi meis gaudet, metuitque, cupitq; doletq; 65
Castigatae euidem est carnis inepta salus.
Lucida non celo sic fulgent sidera fido.
Non sic Halcyones æquora tuta notant:
Ut placidum ille animum Boreā incumbente ferebat,
Et quasi mota in cum nulla procella foret. 70
Irruit (heu immane nefas!) manus impia quondam,
Et colaphum fregit lenis in ora viri,
Nec scelus integitur: tub claro iniuria Phœbo
Sæua fit, & rapto crevit honore magis.
Quid tunc? Mutavit vultus fera plaga decoros; 75
Ast immota loco mens, eademque fuit.
Se plaga vleisci potuit stimulante: sed ingens
Hinc patuit virtus, euenit ynde furor.
Ipse animo mitis, sed non abiectus, in hostem
Quæ bilem frangant, mollia verba iacit, 80
Penitet offensæ, si qua est, quam corripis, inquit:
Collige te, culpæ, vir bone, parce mea.
Nil prodest: furit ille magis, stuccenditur aurâ
Plus leni, vt guttis roscidus ignis aquæ.
Detonat horrendum, inflatis & grandine buccis, 85
Non hominis vultus, voxque leonis erat.

Sic

Liber Tertius.

105

Sic hominem cæcus probrisque minisque flagellat
Innocuum, diris deuouet atque caput.
Seuior horrendis tonuit numquam ignibus æther,
Nimbifer aut nigris horruit Auster aquis: 90
Quam rabidae ille furens ruit in conuitia linguae;
Infrænis metas proterit ira sacras.
Sed quæ causa animi seuia hæc incendia mouit?
Hæc, quam nec Momus carpere posse putet.
Nempè erat insano laudandus filius hosti, 95
Qui melior voluit moribus esse Patre.
Ergo hic Nolasci vestigia sacra premebat,
Vnde piæ captis voce rogabat opem.
Hoc Pietatis opus stultas patris impulit iras;
Heu! natum esse pium turpe putabat opus: 100
Et clarum renuisse genus: damnasse & autos
Mores: degenerem seque probasse suis.
Vt video, delirus homo non falsa profatur,
Non est nobilitas que Pictate carerit.
Nobilium mores inflatos concia virtus 105
Arguit, hos damnat, degeneresque fugit.
Inuit hoc iuuenis dignus meliore parente,
Et nati mores non reprobante pios.
Cur non ponè Patrem, & post Petrum maluit ire?
In Petro Pietas, quam sequeretur, erat. 110

G;

LEM-

LEMMA VI.

Nolascus nihil non laboris & hostilitatis, pro animarum salute, captivorumque libertate perpessus est; suaeque vite insidiatores ad penitentiam, & frugem bonam convertit.

Qui bene Nolasci posset numerare labores,
Is stellas, stillas is numeretque maris:
Is præces Ponti, is tenues per littus arenas,
Idaque quot frondes, quot parit Hybla thymos:
Ruraq; is Engaddi quot odora opobalsama fudant,
Viætrices palmas is quot Iduma gerit.
At mihi non equidem vires, nec Homerica Musa
Sufficient: toto nec si Helicone fluam.
Ergo de innumeris paucos cantare labores,
Non erit immerito gloria parua mihi. 10
Victima flagrabat cœlestis amoris in igne,
Djuinusque sui pectoris æstus erat.
Duceret ut populos æternæ ad limina vita,
Sæpius ille pati, non fugeretve mori.
Seu culpe barathro immettos, seu carcere vinctos, 15
Hos luci, hosque Deo reddere totus erat.
Hic scopus, hæc susceptorum sibi cura laborum:
Hæc leuis, & cordi gratior vna suo.
Hinc varios terræ casus, pelagique minaces
Fluctus, & gentes pertulit ille feras. 20

Æquora

Liber Tertius.

107

Æquora vel sulcat, Libyco vel littore soluit,
Infandis pænis itque reditque satur.
Iam cœlum flagris Mauri videre cruentis:
Seu ijt Algeriæ dira Megara manu.
Vapulat à Numidis, tunditque Valentia tergum, 25
Tunc Mahometeo barbaræ facta iugo;
Passus ibi torto repetita theatra flagello,
Turba barbaricos ingeminante iocos.
Sed neque tractarunt Baleares mitius illum,
Quamquam alias fuerit pena secuta modos. 30
Omnibus hoc facinus populis commune nefandis:
Nempè colenda sacri conspuere ora viri.
Mille modis illum sannis torquere pudendis:
Nunc asini auriculas est imitata manus:
Nuncque ciconino gaudent depingere rostro, 35
Exerere & linguis vt sitibunda canis:
Fundere & absurdos naso petulante cachinos,
Plurimaque obstreperis fingere prohra modis:
Innocuas ronchis premere & gannibibus aures:
Vellere tum barbam virque puerque sacram, 40
Tum vocatæ canem. Ah! rabido quid dicitis ore:
Non canis est, canibus sed Pius iste datus:
Vobis nimirūm hic, petitis quem dente canino.
Margaris heu porcis mitritur alba feris!
O quoties Mauri fallaces atte Sinonis, 45
Illi pollicitam deseruere fidem!
O quoties stipis assultu pirata rapaci
Aera inuasit hians, spes inopumque simul:

G 4

Sæpè

108 *Diagoge Diui Petri Nolasco*

Sæpè pius Pater Africæ vt explorator habetur:
Præda fit, & leceleri vertitur esse pium. 50
Hoc tantum ingemuit, tenera & præcordia torfit,
Quod capti optata destituuntur ope.
Atq[ue] salt illachrimans: Inopum heu non parcitur auro!
Securas Pietas heu neque portat opes!
O quoties, quia pro tantis soluendo redemptis 55
Non erat, iplum te pignora prompta dedit!
Tunc fera vincula pias preffere manuque pedesque,
Terribili corpus fecidaque antra situ.
Felices miseris, quibus hac, per tale paratur
Supplicium, tanto digna labore salutis. 60
Flammifer obductis ut Phœbus nubibus ardet,
Datque diem, & toto nubilus ore micat:
Sic erat obscuro miseris lux vincetus in antro,
Et graue doctrinæ luce leuabat onus.
Nunc inter ciues (veniunt si hac parte labores, 65
Quis Maurisiaco vitet ab hoste premi?)
Musa Patrem cane, ni fallor grauiora ferentem:
Plus graue ciuili vulnus ab hoste venit.
In causâ est Pietas, & promouet ipsa labores:
Nec Patri esse potest aptior illa pio. 70
Floruerat quondam redimendi munere Cœtus
In Laletanâ nobilis ortus humo.
Quem Rex Alphonsus, felici voce secundus,
Munificâ eximius condidit Autor ope.
Excidit at Pietas & Zelus tempore Cœtus; 75
Virtus, si sit iners, tempore victa cadit,

Se^a

Liber Tertius.

109

Sedulus antiquos tamen hunc Nolascus ad ignes
Restituit, votis Numine flante suis.
Cum socijs, Pietas quos iunxit, cæperat ille 80
Captiuis dulcem poscere letus opem.
Hinc Alecto ausa est Stygijs horrenda colubris
Euomere insanis dira venena modis.
Quid Pius hic, inquit, nisi mendica otia querit:
Edocet hoc alios: labo facitque pares.
Nobilium iuuenium generofis moribus obstat: 85
Resque nequit fortes publica habere viros.
Virtutis specie vires crudelibus addit
Hostibus: hen vestras Africa sorbet opes!
Illa hac vipereo prauorum sibilat ore,
Infectatque probris ora verenda viti: 90
(Proh pudor!) audacique manu temeraria pulsat;
Horreo, sit satis, id iam meminisse semel.
Subiicitur virtus odijs: Patientia vincit
Nolasci: multo palma labore datur.
Nec ratis illius satis est agitata procellis: 95
Plura truci Alecto de Styge bella mouet.
 Maius adorta nefas, fures coniurat in illum,
Qui vitam rapiant, & stipis æra piæ:
Ut miseris sp̄c, hominemq; piū, ictu excinderet vno; R
Perdit conatus sed maleuada suos. 100
En tempus, scelerisque locum reperere cupitum:
Nolascum solum sola per arua vident.
Accurrunt: socijs peregrina ueste duobus,
Luceque succintis, jam comitatus erat;

Se^b

110 *Diagorges Diui Petri Nolasco*

Seruo nempè suo Angelicos Deus ipse ministros, 105
Præsidio in cunctis iusserat esse vijs.
Furibus horroci manifesta luce fuere:
Ipsos tentati pœnituitque mali.
Ante pedes stratos ait hæc Nolascus ad hostes:
O mihi quam grata fert meus vltor opem! 110
Non vt erat par, ardenti vos fulmine adulsi:
Ad veniam errantes lumine traxit oves.
Vno eodemque pius seruauit lumine vitam,
Atque animæ vestram, corporis atque meam.
Ferte Deo meritas conuerso pectore grates: 115
Quas pro me, & vobis debeo, letus ago.
Tum flentes teneris è terra sustulit vlnis:
Mirantesque pium, sic abierte, Parrem.
Sæpè illum heretici ferro petiere micanti,
Quos gladio vicit flaminis ille sui. 120
Transeo fortuitos, mala quos fors obstulit, hostes;
Nam quis non patitur rure domique suos?
At casus perstringam, aula quo s passus Ibera:
Aulae incertus amor, nec bene tuta fides.
Namque viri Pietas, & Amor, cù Principis aura, 125
Rixa odijque tulit semina dira grauis.
Inuidet hic illi: infidias hic tendit operatas:
Hic tentat, tenero Regis amore cadat.
Hic quaritur, quod Gallus homo sublimia captat,
Illaque que proprij munera ciuis erant. 130
Ille tamen solitis agitatus flatibus aulae,
Nil cupiens, celso non timet esse loco.

Atque

111 *Liber Tertius.*

Atque Palatinos gaudet sufferre labores,
Dum Regi, & miseris vtilis esse potest.
Aulice, deciperis: Non est cur exeat aula, 135
(Vt male opinaris) qui volet esse pius.
En iuuat hunc Pietas, quem tanta pericula cingunt;
Et benè, dum patitur, se probat esse Pium.

Pothi-
nus apud
Luc. 1.8.

LE M M A VII.

Nolascus, in naui velis remisque spoliata, à Mauris
Algerianis maris fluctibus absorvendus exponitur;
sed ipse, aura Numinis flante, Valentini-
num ad Podium faustè appellit.

Heu genus infidum, gens Algeriana, feroxque,
Cui nihil est sanctum, nullaque firma fides!
Scilicet in pignus fese, pro gente redempta,
Nolascus, Libyco tradideratque iugo.
Decreuitque moras soluendo temporis æri
Certas, quas nemo fas violare putet.
At Mauris flagris torquet crudelibus illum,
Et pactas auri vindicat ipse moras.
Quò magis & sceleri, pandat seu vela furor:
Accepto peius perpetrat ære malum. 140
Non sibi Nolascum incolumem, sed perfidus alto
Tradidit, vt spumans sorbeat vnda, mari.
En modis, ille parat puppim (vult sic pius esse)
Sed vos, illa quidem, cernite, qualis erat.

Illa

112 Diagogeis Dñi Petri Nolasco

Illa vetus, carieque labat, rimisque dehiscit: 13
 Quas neque ferre potest, vndique potat aquas.
 Non est cur timeat ventos; licet aquora sulcet
 Mollia; se soli, naufraga puppis erit.
 Cum mare stat placidum, secum gerit illa procellas:
 Eurum cum Zephiro: cumq; Aquilone Noton. 20
 Adde, quod est tardum ventis & inutile lignum:
 Non sibi sunt remi: velaque nulla sibi.
 Vtque ales, pedibusque carens, pennaque volucris,
 Puluere trunca iacet, nec per inane volat:
 Sic in honora ratis ponti non dissecat vndas, 25
 Nec caprat ventos: quassa iacetque mari.
 Hac ergo in lacera Māuro mandante carina
 Africa Nolascus per freta carpit iter.
 Sed ratis ō scelis, nunc trana audientior vndas:
 Vtiorique, metu libera, fide tuo. 30
 Ille, vide, in mediâ extendens sua brachia puppes,
 Transuersa antennis nautica vt arbor inest.
 Lintea ne tanto desint pendentia malo,
 De niueâ ventis carbasa veste facit.
 Teque situ tandem defendit pondere pressam, 35
 In fluctuque vices remigis ille gerit.
 Nec penetrare tuas audebunt æquora rimas:
 Prona veretur enim, quem vehis, vnda maris.
 Obstupe eni Maurus, quod tu sc̄eliciter vndas
 Fracta secas, Libycas turaque spernis aquas. 40
 Irrita, Maure, tua est spes, ne mirere: dedisti
 Nautam, quo trepidat nulla pericla ratis.

Flue

Liber Tertius.

113

Fluctus iam ille tuos, & barbara littora linquit,
 Et Charidemum abdens fulgidæ Achatis opes.
 Præterit & te, quæ à scombris tibi nomē adoptas, 45
 Quosque habet vndosos Illice prisca sinus.
 Iam dextrâ Baleare, haud longe, conspicit æquor:
 Et diues pinu, te, Pityusa, tuo.
 Te nemp̄e, infœlix viuis Ophiusa venenis;
 Teque, Ebuse, anguineæ pulchra nouerca feræ. 50
 Ergo tuas radit, per amena Valentia, ripas,
 Et Podio excipitur tunc tibi, Virgo, sacro.
 Virginea ibi pronus ait Nolascus ad aras:
 Tu mihi portus ades, Virgo, meaque rati.
 Per fluctus pelagique vias te intenimus ambo, 55
 Quæ bona iactatis stella duobus eras.
 Ambo erimus grati, si seruum, quem æquore seruas,
 Laudibus addictum me facis esse tuis;
 Si laceram sacris haerentem admiseris aris
 Puppim: sic tibi nos, Virgo, anathema damus. 60

CAPUT III. De pijs Nolasci desiderijs.

LEMMA VIII.

Nolasci symbolum. Cupio (dicitur ab ita piissimus
 Pater) pro captiuis liberandis venum ire, aut
 in illorum vincula suffici.

A H date quod cupio: cordis cōpescite flammes:
 Ardeo ob ignotas ambitiosus opes.

Non

114 *Diagogen Diui Petri Nolasco*

Non mihi Pactoli auratae donentur arenæ:
 Optem ego, quas auidus fecit in amne Midas?
 Cræsse, tibi imperium, gazasque relinquo superbas:
 Non illæ Cyri te rapuere rogis.
 Inde, cape Eois quidquid collucet in vndis:
 Est mihi, si nescis, plus pretiosa sitis.
 Sintque tui sudoris opes, o Claviger Heros,
 Hesperidumque nemus, Geryonisque boues. 10
 Non hæc arrident, Arabum nec mæsis odora,
 Nec quidquid segetum Garganus vber habet.
 Ah! ah! quod cupio Libycis reperitur in antris:
 Illuc ignotas Barbarus arcet opes.
 Illuc ex pœnis aurum fit amabile cælo: 15
 Ex ferro rutilans gemma, pyropus, onyx.
 Illuc sic saeva exornantur compede planæ,
 Sic pia, quam torquet stricta catena, manus:
 Candida gemmifero radiant ut colla monili,
 Penfis vtque aures bacca micare facit. 20
 Nam diuinus Amor transformat Maurica vincla;
 Ferrea sint, opifex aurea reddit Amor.
 Hic mihi, eris locuples, & emes mea fidera, dixit,
 Soluas si populi ferrea vincla mei.
 Hoc cupio, ah tanto, socij, me vendite lucro: 25
 Si nolitis, ero venditor ipse mei.
 Margaris est intuenta mihi fulgentior astris:
 Hanc, dum nummus abest, quo, nisi vendor, emam?
 Vos grauibus mea colla, manusque, pedesq; catenis:
 Me totum, Mauri, stringite, gratus ero. 30

Vos

115 *Liber Tertius.*

Vos mihi nunc faciles saltim in mea vota venite:
 Else vtrò vobis quid nisi preda peto?
 Memé in cunctorum miserorum vincla vocate,
 Si vestris animis quid pietatis inest.
 Hæc flammata dabat tenero suspiria corde 35
 Ille gregis niuei mancipijque Pater.
 O Pater, Ecquid ais? quò diuo duceris igne?
 Alpice quam cupias mira licere tibi.
 Vnus es, & miseris vendi vis pro omnibus vnu;
 Ergo iam canctis nil minus ipse vales. 40
 Libertas gemmis est & pretiosior auro.
 Si tua tot redimit vendita, qualis erit?
 En tibi iam tanti es, quanti venire petoptas:
 Pulchrè pro miseris esse superbus amas.
 Quantum deprimeris, concendis sidera tantum: 45
 Subjeceris seruis, cæli apicemque tenes.
 Vertice ad æthereas talis subit æsculus auras,
 Dum radice petit tartara nigra rudi.
 Non vni aquari, sed seruis omnibus optas,
 Quod tibi seruitio non sinis esse parem. 50
 Nescit habere modum redimenti immensa Cupido?
 Immensum pœnis te putat esse virum.
 Illaque Barbaricas heu quot te iactat in oras!
 Heu quot in arcta nimis vincula & antra iacit!
 Ferrea te Numidae infræni sub vincla tenebunt, 55
 Massyloque dabis candida colla iugo.
 Syrtibus inclusus Nasamonis habebere furis,
 Et tua Getulus compedes crux premet.

Se

116 Diagoge*s* Diui Petri Nolasco

Se plebs iactabit te te Garamantica seruo,
Marmoride sœuas iniſcientque manus. 60
Sic tibi, quā longē & latē patet, Africa tota
Vno (proh mirum!) tempore career erit.
Sic quot hiems frondes rapit, & vet germina mittit;
Quot nubes guttas atra ruentis aquæ:
Te super optanti, dum captiuua agmina soluis, 65
Dumque vadem te offers, tot fera vincla ruent.
Nō tamen igniuomā Enceladus velut ingemit Aētnā,
Sic duro ferri pondere & ipse gemes.
Illi Aētna est oneri, tibi ne sit ferrea moles;
Cælica præstabit pectoris Aētna tui. 70
Audet Amor diuus: putat, ut inuenit, omnia posse:
Ausibus, o fœlix, vteris ipse suis.
Hinc anathēma suis audet pro fratribus esse
Præco Euangeliū gentibus ille datus.
Hinc petit æternō expungi sua nomina libro 75
Amramides virgā lege potensque sacrā.
Hinc ille altisonis pandens mysteria Psalmis:
Pro nato quis, ait, dei mihi posse mari.
Hinc tu Sanctorum cœlesti feruidus igne,
Ut redimas seruos, poscis ubique pati.

1. Cor.
13.

Exod. 32

2. Reg.
cap. 11



LEM

Liber Tertius;

117

LEMMA IX.

Optanti Nolasco Diui Petri reliquias visendi causa
Romam proficisci, nec id (ut erat in votis) ob suarum ouium regimen, & captiuarum curam; exequi
potenti: ipse Apostolorum Princeps capite, ut cruci
fixus est, deorsum verso apparet, dicens: Qui a tu
ad me non potest venire; ego, Petre,
ad te venio.

Sumpit Nolascius lustrali tintus in vnda
Nomen, quod reserat sidera, Petre, tuum.
O quantum ille tibi iunctum se nomine sensit:
Nomen idem, esse duos vixque sinebat amos.
Per mores coluit fecitque imitabile nomen;
Nec iam te tantum nomine, Petre, refert.
Ut sint exemplo, Diuorum nomina nobis
Dantur: & ut memores ad pia facta vocent.
Thersites ne te appellem, sis pulcher oportet:
Et qui vult fortis dicier, Hector erit. 10
Cogimur & tenere illos, quos imitamur, amare:
Nam similes ipsis nitimur esse viris.
Visere iam dudum (quis amans non optat amatum?)
Optabat Petrus sacra sepulchra Petri.
Ipse erat at fœlix in opum tutela salusque,
Ipse vigil sacri Pastor ouilis erat.
Tam sibi oues durum, mûseros quā linquere capto:
Cordeque diuidus belligerabat amor.

H

Nom

118 *Diagorges Dñi Petri Nolasco*

Nunc animum ad cineres flectit, venerandaq; busta:
 Nunc rapit in miseris, nunc in ovesque trahit; 20
 Nunc meditatur iter sacrae ad mænia Romæ
 Longum: quaque ferunt stare redire moras:
 Et modo sit nisi longa suis absentia rebus,
 Sat sibi viſa via eſt ad ſua vota breuiſ.
 Quin pedes ipſe per algentes incederet Alpes 25
 (O ſic emenſus quoſ fuit ille vias!)
 Tanti erat æternos Petri ipectare triumphos,
 Et Romana ſacro pectora ptona pedi:
 Ad iugaque euectum Petri ſep̄ta cruore
 Christum, & victricis magna trophya crucis. 30
 Haec dum ainceps euoluit amas, videt arbiter aequis,
 Res te metiri pondere quaque tuo.
 Inuilm illud opus; mandati hoc muner is eſſe:
 Debere imperijs cedere vota ſacris.
 Ingratum eſſe Deo dimittere munus, vt ores: 35
 Sanctius officium cui libet eſſe ſuum.
 Nonne dedit poenas, quod ſacram, vt debuit, Arcam
 Audax non humeriſ ſuſtulit Oza ſuis?
 Exiuit regio Sanlus: nil victimā prodeſt
 Pinguis: Qui parer, gratior ille Deo eſt. 40
 Ergo ait, vt poſſum, tua mente altaria viſam:
 Haec, Petre, cultoris ſuſcipe vota tui.
 Vota Deus cœlo, vnde videri compensat ab alto,
 Datque velut factis præmia iuſta pijs.
 En meditans cupidusq; ſuas, nox cum altior ibat, 45
 Nolasco curas vota refertque Petro.

1. Rega
cap. 6.

1. Reg. .
cap. 15.

Tum

Libr Tertius.

119

Tum ſubito paruum fulſit ſub luce cubile
 Multa, ceu medio Phœbus in orbe micat,
 O fauor! inter ſplendentes appetur ignes
 Oranti Petro talis imago Petri: 50
 Fixa cruci, Petro ſimilisque Nerone ſub acri,
 Et caput ad terram, verfaque ad aſtra pedes;
 Splendida cui poenas faciebat gloria dulces,
 Vulnera cui fontes fulgida lucis erant;
 Iam pedibus monſtrare putes ad ſidera callem, 55
 Et nos in cœlum tollere velle manu.
 O quam magna fuit Nolasci in corde voluptas,
 Lapſo ſiderea lumine ab arce frui!
 Ambroſia vt mitilect Diuos, & nectaris hauiſtas,
 Sic ſacra mulcebat pectus imago pium. 60
 Hac pharetrā teneros Petrus eiaculabat amores;
 Diuaque (nec fallor) ſenſit imago ſonos.
 Missa etenim rutilo ſonuit vox illius ore,
 Hosque Petri orantis fecit in aure modos:
 Quod nequis ipſe ad me cupidus ſupplexq; venire: 65
 Ad te, Petre, libens eni venio, inquit, ego.
 Dixit, & allato repetiuit ſidera vultu,
 Scandit & æthereas luce notante vias.
 Ille oculis, & corde ſimul, comitatur euntem,
 Et verbiſ, grato quaꝝ dabat ore, pijs. 70

** *** **

Scilicet q; eſſe ſi dignum, ut ſuper dicitur.

Sed in dicitur, q; eſſe ſi dignum, ut ſuper dicitur.

H 2

LEM.

120 Diagoge Diui Petri Nolasco

LEMMA X.

Nolascus iacebat infirmus, qui tamen, cum impensè
cuperet sacris felicissimæ noctis natalis Christi Do-
mini solemnibus interesse, nec posset Angelicis choro-
sistitur manibus, ut ibi cum suis filijs nascentem
Deum salutaret, & diuinis laudibus
Puerο gratulabundus occur-
seret.

NOx erat illa Deo terris nascente beata,
Quâ Deus infanti vagijt ore Puer:
Quâ Patris in tenebris lux incomprehensa refusit:
Quâ nobis miseris Virgine nata salus;
Quaque suas viceit diuino Sole tenebras,
Vilaque Phœbeo clarior ire die:
Cum Pater æger erat lecto Nolascus in arcto:
Perdiderant vires omnia membra suas.
Sed tamen, illa licet languebant trita dolore;
Plus desiderijs mens erat ægra pijs.
Anxius optabat noctis solemnibus almæ:
Inter, cumque suis fratribus, esse sacris:
Carmine tum Pueri Numen celebrare sonoro,
Et sua dulcisonis corda fouere modis.
Heu grata spiritui corpus! quid deprimis, inquit, 15
Illum? quid nervis vincula sub arcta trahis?
Ille choro tecum vult se miscere carenti:
Votum, & corpus iners, impedis ecce pium!

Non

Liber Tertius.

121.

Non te mole potes depresso ferre caduca:
Vix, sunt siqua animæ pondera, ferre potes. 20
Passer vt in cauea cinctus: sic illa tenetur;
Heu in rete gemit, ceu sine piscis aqua.
Accipe deuotas animæ de carne querelas,
Mi Deus, infirmā, mi Puer alme Deus.
Vel tu, namque potes, carni da robora nostræ: 25
Vel me, quâ mavis sorte iuare, iuuia.
Audijt orantem facili Deus aure Puellus:
Numquam ortas humili despicit ore preces.
Nam subito (nairum!) cœlesti luce resulxit,
Et similis cœlo paruula cella fuit. 30
Illuc ætherio Juuenes ex orbe volarunt
Aligeri, pulchrum par, niueique togā.
Vt venere ægri strata ad paupercula Patris,
Prædulci relevant languida membra manus:
Et fessos albis exornant vestibus artus,
Quis par cœlitibus vissus adesse Pater.
Post hæc, ceu roseum fecere sedile lacertis,
Nam binas binis inseruere manus:
Nostraque, dixerunt, à tergo amplectere colla,
Totus & in nostras ipse recumbe manus. 40
O molli possem si carmine dicere, sedit:
Vos mihi, Pierides, mellea verba date.
Sedit, vt in roseis veniens Aurora quadrigis:
Sedit, ros sicut florea rura super;
Sedit, sed non æqua cano: nam blandiū istis
Sedit; vel quantum distat Olympus humo, 45

H;

Ter-

122 Diagoge*Dñi Petri Nolasco*

Terrenis quis enim cœlestia comparat æquus?
Lenius Angelicā nil valet esse manu.
Has tuper intedit Nolascus viribus æger:
Spiritumq; ò Pietas! O Superumque fauor! 50
Quid miraris ebur celia, Romane, Curulis?
Quid nitidos currus, laurigerae rotas?
Angelicas potius palmas mirare curules:
Tam magno feruum vult Deus axe yehi.
Non hic aut eboris, splendorem aut mutuat auri: 55
Non lubito præceps ire fragore timer.
Ecce Deo charus tuperis attollitur vlnis:
Illi ne lædant obuia saxa pedem,
Ergo fit voti compos, iuuenesque Superni
Sublimem medijs implicuere choris, 60
Illo intrante nouo radiauit lumine templum;
Vt sol, ætherij sic micuere viri.
Tunc Superis nati innixum videre Parentem:
Oraque soluerunt carmine grata Deo.
At iuvenes raptā Nolascus mente fecutus, 65
Stat licet in terris corpore, ad astra volat.
Gutture que canit hic, ibi corde recogitat almo:
Duplicibus felix perfruiturque choris.
O Pueri cuna! O panni! O dulcissimè Pupe!
Per vos delicias en habet ille suas. 70
Non illi offa dolent, non fracti corporis artus:
Mens vnta Deo viuida membra facit

Liber Tertijs.

123

CAPUT IV. *De Nolasci dono Prophetie & diuinis fauoribus.*

LEMMA XI.

Nolascus Regum & priuatorum hominum Vates,
multa illis salutaria prædict.

Quis non te Vates inter, Nolasce, sacra tos,
Quos Deus areano p̄emonet ore, canat?
Pecora cum tibi sint verum spirantia Numen:
Diuinūque sciens cordis operta legas.
Te Vate, in captâ exoritur Paschafius vrbe, 5
Magna Valentini lausque decusque soli:
Et tibi clara, Pater, niuei sub chlamyde proles,
Quam proprio Martyr sanguine tinget ouans.
Ex te Rex nouit Mahometicus ille Zeitus,
Quod lustralis erat fonte lauandus aquæ. 10
Barbarus obstupuit, sed Regno expulsus & aula,
Christi defecit sponte ad omile pium.
Tu quoque Turia abactos, & Balearibus aruis,
Mauros præsago funditus ore canis.
Res facit ipfa fidem. Nam tu, quē oracula p̄adunt 15
Victorem, Luntas, Rex Iacobē, premis.
Auspicijs etiam ille tuis Fernandus easdem,
Rex sanctus, fractas Hispali ab vrbe fugat.
Prodijt in lucem Virgo cognomine Socos,
Sed de Prole mones tu prius ipse patres; 20

H 4

Nec

124 Diagoge Diui Petri Nolafce

Nec vitam moreisque siles sine labe pudicos,
Quodque tuos ducet filia sacra choros.
Iamq; cadit Mauro ene Blanes, tibi charus alumnus,
Te nati sacram vaticinante necem.

Donarat tibi tecta parens accommoda Pauli; 25
At patris hic grandi munera lite rapit:
Tu, Nolafce, dabit post, quod modò denegat, inquis;
Tectaque non tantum, se mihi & ipse dabit.
O quam vera canis! Tecta & se tradidit vltro:
Teque inter natos gaudet habere Patrem. 30
Parmensis petijt Guillelmus in atria sapè
Admittit tua; sed sapè recusat iners.
Cui tu fallaces Cocytii detegis astus:
A Styge prognatas totque venire moras;
Se niuca, sciat, ad cœlum sub yeste vocari, 35
Quod vita longum nec sibi restat iter.
Audijt ut iuuenis, molita obstacula rumpit,
Candida militiae castra subitque tua.
Sancte ibi, decursis vix septem mensibus, esse
Desijt. O felix, auspice funete bono!
Tres alij te, corde dolum ecclante, requirunt, 40
Mentiti imperio subdere colla tuo.
Consulis ipse Deum, quid in his Pietatis inhæret?
Ille tibi pandit subdola corda virum.
Nūcius ergo Dei scio, quid vos permouet, inquis: 45
Vltio vos ficta Religione mouet.
Me ad mortem, innocuum licet, in agatis iniquam;
Atque equitem, mecum qui sua fidus agit.

Ipsé

Liber Tertius.

125

Ipse est Azagra. Vlla viri si iniuria torquet
Vos: annon Diuus paicere mandat Amor? 50
Expauere sua, vt norunt, præcordia pandi:
Et bonus ad veniam fluxit in ora rubor.
O Pater, arcanos sic Numinis ebibe fontes,
Nostra salutifero peccatora vt amne riges.
LE MMA XII.
Nolafce frequenti Beate Virginis & Tuelæ
vis Angeli sui recreatur
aspectu.

Q uod terris, Nolafce, Poli velut incola degas
Aetherij, Clio nunc mea parua canit.
Nil aurdus celsum meditatis præter Olympum:
Sancta Dei sensus abripit aula tuos.
Squallor humusque tibi, rutilo licet ardeat auro.
Eoasque licet fulgida iactet opes:
Et pingat licet ora rosis, & more puellæ,
Horrida gemmato syrmate membra tegat.
Haec super ima velas Phaeton, dum despiciat ima;
Non velut ille suos qui malè rexit equos. 10
Siue vt ceratis male qui confusus in alis,
Soli vicinas audet adire vias.
Te Pietas animi, mens pura, humiliisque voluntas,
Vt pennæ ad Superos, & super astra vehunt.
Teque inter Diuos, & cœlica gaudia miscent: 15
Quid si Cœlicolum degere more sapis?

Quis

126 Diagogen Diui Petri Nolasco

Quin Diuos ad te cœlo traducis aperto:
Ut cœlum, cellam sic coluere tuam.
Aliger ille magis fida ad consortia custos,
Coram oculis aderat luce micante tuis. 20
Et modò te supero lasum sermone fauebat,
Et modò in ambiguis lux erat ipse vijs:
Captaque quos fluctus pateretur turba monebat,
Vtque dares, tecum penniger ibat, opem.
O quoties Mater summi te Numinis alma 25
Visitat, alloquio dulcis, & ore micans!
Eger eras, stratum veniebat sedula ad arctum;
At te Pæonia non releuabat ope.
Non herbis Virgo, nec Apollineā vtitur arte:
Illa Machaonias non bene fertque moras. 30
Lumine, sat fuit, vt medico te, Petre, videret;
Morbus vt effugeret, prompta foretque salus,
Iam valeant succi, morbis herbæque salubres:
Omnis inest oculis nam medicina suis.
Tristis es, & curæ pectusque negotia torquent 35
Ardua: te spectat Virgo, leuamen habes.
Delicias quid ego, mera quid solaria narrēm,
Que dulcis viso Virginis ore capis?
Iam nihil in terris optas, nam Virgine visa,
Tantum, Petre, Deo quid minus ipse vides. 40

*** *** ***

LEM-

Liber Tertius.

127

LEMMA XIII.

Somno occupatus campane minister desit ad Matutinas, in perugilio Purificationis Deipare media nocte canendas, Relligiosus Barcinonensis Comenitus excitare; fœliciter tamen, & magno miraculo. Quippe Mater nostra, piissima Virgo, candido ordinis habitu cum scuto induita, & Angelis pariter ornatis comitata, in Chorum descendere dignata est. Nolasca vero, qui ministri omissionem aduerterat, Chorum ingressus, à E. Virg. miro amoris indicio, in sedem sibi proximam excipiuntur: atque in omnes dulcissime ac modulatè diuinæ laudes prosecuti sunt.

I Amiam nocturni duodenam temporis horam Transferat nitidis Delia pulchra rotis;
Nec resonans, vt moris erat, campana vocabat ora ad diuinæ Relligiosa preces.

Dormierat, qui, ceu cantantis munere galli,

Aëris pulsator debuit esse vigil.

Es, quod non sonuit, vigiles plus perculit aures Nolasci, posset quam reboante sono.

Ambigit ille tamen, sonitus num fugerit aures,

Dum meditans sensus mens super astra rapit. 10
Sed videamus, ait: Tunc claustra, subitque per omnis

Tecta domus; somno cuncta silentque graui.

Inde Chorum petit, & proprioc iam, substitut anceps.
Quid sonat? aut quod, ait, sentio in aure melos?

Non

128 *Diagoge Diui Petri Nolasco*

Non fallor, sonat humano modulamine quidquā 15
 Maius, & Angelico, quod sonat, ore sonat.
 In modulis vox flexa suis, in seque reflectit:
 Mirè, Mæandri more fluentis, abit,
 Quām blandi vocis flexus, suavesque reflexus!
 Guttura quām argutis mile canora modis! 20
 Mille estò Philomela sciat discriminā vocum,
 Par concentibus his nil Philomela canit.
 Sed neque plectra, Orpheu, tua: nec tua, dulcis Arion;
 Muta ad se trahet hic vtraque plectra canor.
 Ergo ille, alloctus miri dulcedine cantus, 25
 Intrat felicem terque quaterque chorū.
 At primo obturu, obstupefactus imagine rerum,
 Sancta loci pronus numina adorat humo.
 Virgo ibi Mater erat summi præclara Tonantis,
 Excelsoque sedens Præfulis illa loco; 30
 Sol erat in vultu, sed Phœbo clarior alter:
 Vestis Sithoniā candidiorque niue:
 Alba etiam Tyrio crux effulgebat in østro,
 Pectoris, & niueæ nobile stemnia togæ.
 Aligeri Dominam Juuenes hinc inde corsici 35
 Pulchro stipabant ordine, & ore pares.
 Pectoris crux eadē ipsi, idem & tegminis albor:
 Vt se, sic vestit candida Virgo suos.
 Et modò, Cœlitibus quamquam sit candor amicus,
 Non illis alter debuit esse color. 40
 Nam referunt cœli Proceres, Regina potensque,
 Nolasci niueos ore habituque choros:

Liber Tertius.

129

Illa micat sacro Nolasci in munere Præsul,
 Nolasceæ illi munera prolis habent.
 Fœlicem prolem! Pro te, dum dormis, Olympo
 Labuntur vigiles in tua claustra chori. 45
 Matutina vides albis induitæ cucullis
 Astra, tuæ excubias quod modo noctis agunt:
 Atque tuo sedes implent sine corpore inanes,
 Lictis, cœlesti quæ sibi in arce micant;
 Dumque statas resono persoluant gutture noctis 50
 Laudes, illorum concinis ore Deum.
 Tu fœlix quoque, qui stertens, nec cymbala pulsas,
 Ære nec obstrepero Morphea abiit facis;
 Qui, quām Argus vigilis, plus somno acquiris inertis.
 Quo, si non homines, Ætheris astra vocas. 55
 Interea dum sacris resonat concentibus aula,
 Maxima dum cœli pars ibi Virgo præst,
 Nolascus propè Diuam, ipsaque fauente, supremum
 Iussus, rot Proceres inter, adire locum.
 Ille canit Superis dulces cum mentibus hymnos: 60
 Angelus ac si esset non minus ille canit.
 Ille in Matre Dei, figurque in Virgine ocellos:
 Cœlibus Angelicis parque beatus adevit.
 Guttata vt oblectat cantu, sic Virginis ora
 Dum vider, ipse suum lumen vtrumque beat. 65
 Et credo dixisse, Petrus ceu dixerat olim,
 O Domina, est nobis hic remanere bonum.
 At prece finiti, ex oculis hæc gloria fugit,
 Sidereoque statim tota recepta polo est.

Non

130 Diagorges Diui Petri Nolasco

Non opus, id mirum fastis ut carmine mandes, 70
 Muſa, tibi est: orbi Barcino testis adest:
 Relligioque Patrum testis, quæ ſeruat ab illa
 Nocte, in gyrum quas annua Luna refert:
 Nam celebrat Februas februa de Virgine Nonas:
 Vtque dies, facibus noxque Chorusque micant. 75
 Quoque loco ſtetit, & pedibus quem Virgo ſacrauit
 Alma ſuis, nulli peruius ille manet:
 Clausa ſed eſt ſedes ex omni parte polita;
 Intrâ & Apelleo Virgo colore nitet.
 Statque etiam fulgore pari gens cœlica circum, 80
 Nocte ut eā aligeris præfuit illa Choris.

CAP. ULTIMUM. De Beato Nolasci fine, &
 fælicissimo ad gloriam transiſu.

LEMMA XIV.

Nolascus, ut rebus diuinis liberius rāceret, ordinis
 Magistratus abdicat.

Unus, terque decem Nolascus rexerat annos
 Mandatum ſacro Virginis ore gregem:
 Munera cum ſpontē, ut perhibent, praeclara Magistri
 Depoſuit prudens ordinis ipfe lui:
 Non humeros oneri, ſed ſe ſubduxit honori; 5
 Donec vixit, Atlas Relligionis erat:
 Septem humilis tantum vixit poſt ſubditus annos;
 Nec Nato renuit ſubdere colla Pater:

Non

Liber Tertius.

131

Non tot eum Patris, & venerandi Præſulis anni,
 Parendive rudem, vel retulere grauem. 10
 Sic ille ex alto dēcendit culmine ſceptri,
 Acti humili ſemper ſueuerit eſte loco.

O vacuum ambitione vñrum! qui liber ab illa,
 Ducis & imperium, liber idemque refers.
 Altè agit imperij radices dira cupido: 15

Horret, qui illud habet, ponere: vixque potest.
 Præſulis ergo Pater curis rebusque ſolutis,
 Hæc ait: O cœlo gratior alma quies!

Tu, curis Marthæ à Supero prælata Magistro,
 Optima pars Mariae diceris eſte ſue. 20

Sed quam lenta mihi dudum exoptata reuertis!
 Fortè tuis defes ne fruar ipſe bonis.

Hoc ego curabo: meditanti & peccatore, qualis
 Pura columba, Deum nocte dieque loquar.

Nec vos, Filioli, orbat me Patre manetis: 25
 Nunc Patre fas vobis liberiore frui.

Si quid conſilio poſſum monituque iuuare:
 Vos, ut oportuerit, poſcite; vtrumque dabo.

Nunc etiam melius redimendi minus obibo,
 Quod meus eſt & amor, deliciumque meum. 30

Quin modò ſi ſeruus pro ſeruis vincia ſubirem,
 Illa eſſent vitæ prämia chara mea.

Interdumque mori (o fœlix sapientia!) diſcam,
 Hæc mea dum Lachesis ſtamina nebit iners.

Luc. cap.
10.

LEM-

LEMMA XV.

*Ægrotat Nolascus, qui, postquam pio fratres ad Chari-
ritatem erga captiuos horratu accederat, sacris re-
ficiens sacramentis, in illis verbis, Redemptio-
nem misit Dominus populo suo; dul-
cissime obiit.*

Sunt, qui te effecutum longa, Nolasco, senectas
E terris celo fata tulisse putant;
Sunt, qui te vitæ nec bis sex lustra replesse:
Nam duo, de his annis, vel minus, unus absit.
His potius credam: senium licet afferat ætas
Longa: licet canis tempora trita tegat;
Illaque per maerum subrepatur frigida corpus,
Falsaque destitutus viribus ossa suis;
At trahitur properata malis penitusque senectus,
Et cito, quam annis, ducta labore venit.
Ergo Nolascum non longa effecerat ætas;
Sed vigil officij cura laborque, senem.
Tu pœnas pro annis, tu passos sume labores;
Tithono ille tibi, & Nestore, maior erit.
Hinc est, ut multos meritis expleuerit annos.
Militiaque suæ tempora longa nouæ.
In qua, sic miles spolijs plenusque triumphis,
Certe donari iam rude dignus erat.
En febris nutu venit delapsa superno:
Et Pater, hæc meæ, ait, nuncia mortis adest.

26

Vix

Vix tamen hanc nouit tota Podalirius arte;

Plus febre nam Diuus corda cremabat Amor.

Quid si, sponsa velut, supero languebat amore?

Candida fertre Patri, illia, fertre rosas:

Hæc cordis medicina sui satis apta calori est:

Fulciet hæc; frustra sanguine vena fluet.

Sed neque Apollinea infirmus solatia sperat;

Qui se cœlesti notat ab arce mori.

Dulcia sed neque ei deerant solatia cœli:

Nam modò aligeris visitur ille choris;

Quorum felici alloquio sic fungitur æger,

Ach! Cœlitibus cœperit esse comes.

Et sanctos modò se circum spectabat amicos:

Iucundamque ægro quisque ferebat opem.

Adfuit & Regina choris comitata pudicis;

Dignata est ægrum tangere Virgo thorum.

Quam pia! quis narret? quam dulcis & illa iacentil!

Æger, qui possit dicere, solus erit.

Ast mihi, cum vidi radiantia Virginis ora,

Non erat ille æger (credo) beatus erat.

His tamen, huic vitæ que plus prodesse putabant,

Se magis huic vitæ calluit ipse mori.

Fortior hinc ægro moriendi increuerat ardor;

Vitæ gustarat nam melioris aquas.

Tunc sacro vitæ refici se pane popoluit,

Quo queat ætheream pastus adire viam.

Nec mora: adoratis cœlestis fertur ab aris

Hostia, Numen ubi, Christus & ipse lateat.

Lxx

134 *Diagoses Diui Petri Nolasco*

Luminibusque ibat, thure & fumante Sabao,
Relligiosa canens vndeque turba Patrum. 50
Iam Deus ipse accessit, eoque intrante, cubile
Magna a se stupuit Numina posse capi.
At Pater est lecto, ut potuit, membra agra leuarat,
Ut Domini staret cernaus ante pedes.
Corde, oculisque humilis, deuotoque igneus astu, 55
Multo tinxit amans imbre calente genas.
Hosque dolens gemitus compuncto edebat ab ore:
Me, Domine, indignum corpore non co tuo.
Pabula sic ille assumpsit celestia Christum,
Qui simul Ambrosia est, Nectareusque latex, 60
His Pater effultus, sacrato & inunctus oliuo,
Hæc mandat Natis verba suprema suis:
Non equidem ignoro, Nati, leboleque Mariæ,
Quam Diuo caleant pectora vestra foco.
Vidi ego multoties, nec enim experienria fallit, 65
Vos neque pro seruis extimuisse necem.
Ille quis est, fratrem qui aliena morte redemit?
Ergo magna fuit laus sibi, sapè mori;
Major adest vobis laus, qui ut redimatis egenos,
Sapientius audetis mortis adire viam. 70
En morior lætus: Pieratem incumbite in istam:
Seruet, quos torquet Maura tyrannis, amor.
Grex Christi est: seruate gregem, seruate fidem;
Emptas ne Christus sanguine perdat oues.
Et pia, Nati ob oues, cum Virgo aduenit Olympo, 75
Dulce dedit vobis hoc Pietatis onus:

Insti-

Liber Tertius.

135

Instruitque hæredes in bona sacra Parentis;
Quis Matris toleret perdere iura piæ?
Vel mea? fortè meus natus si hæredibus ardor,
Quo tuli opem seruis, linquere iura potest. 80
At vestra, ò Nati, Mariano flamine puppes
Pulsæ abeunt; illis cur Palinurus ero?
Nil iubeo, sed iter, quod fertis, currite felix:
Hoc rōgo, cum Patris cogere possit amor:
Dixit, & admonitu Patris pia pectora molli, 85
Igne velut iacto concalueré nouo.
Ille tibi agnoscens horam venisse supremam,
Hæc Jessæ canit carmina dulcis olor:
Cordé méo, Domine, & celebraberis ore canoro,
Siue ad sim populis, consilijsve pium. 90
Grandia mirandi sunt omnia facta Tonantis:
Et miris illo rara volente modis.
Laus operique suo ingenita est, & gloria fulgens:
Meta auti Astræ non venit vlla suæ,
Mnemosynon mirabilium, metuentibus illum, 95
Fercula nempè sui corporis alma dedit.
Foederis ipse memor nullo delebilis ævo
Ostendet populo fortia gesta suo.
Vt nos hæredes spoliatis gentibus austos
Efficiat: nil non fasque bonumque facit.
Fida iubet, firmatque æterna in secula iussa:
Veri æquique sacra condita luce nitent.
A Domino charæ est emissa Redemptio plebis.
Verba Redemptoris protulit: his & obijt.

I 2

Mi-

136 Diagoge Divi Petri Nolasco

Mirè dulcisono clausit sibi carmine vitam: 105
 Non alio potuit dulcius ille mori.
 Candida Cœlicolis potuit nec Patris in astra.
 Spiritus admitti gratius ille pius:
 Namque erat in terris qui Virgine leitus ab alma,
 Allecla Christi agni quique Redemptor erat. 110
 At clamore pio Nati flevere Parentem:
 Et mistus lachrimis ibat ad astra fragor.
 Sidera sic illum comitantur pura petentem:
 Tristibus à Natis hæc data pompa Patri.
 Heu nos, tam charo qui Patre relinquimur orbis. 115
 Lumine qui nostro, qui duce, & igne piot
 Heu totus te, cum te nos, amisit & orbis,
 Qui Pater, atque in opum dulce leuamen eras!
 Hæc plangebat amor Natorum: tristiaque antra,
 Protinus & Libyci congemüre specus. 120
 Viuētaque in obscuris conquesta est turba cauernis:
 Heu Soter, miseris qui redimebat, obijt!

LEMMA XVI.

Felicissimus Nolasci ad cœlum transitus, hora media noctis, qua Christus natus mundo est, consone obrigit.

O Felix nox! ò noctis felicior hora,
 Quæ media tenuit labile noctis iter!
 Vitæ in hac simul Occatus, cœlestis & Ortus:
 Vitaque mors cœlo, vitaque nota se lo,

Tollē.

Libr Tertius.

137

Tollitur ad cœlū vnuis, vt occupet astra, Redéptor; 5
 Alter in hæc mundi desupèr ima venit.
 Editus in terris Christus: Nolascus in astris;
 Nascitur hic moriens: occidet ille oriens.
 Quid cœlo & terris tam felix indicat hora?
 Num sibi, & hic, & ibi, supplet vterque vicem? 10
 Et dum Christus adeit terris, Nolascus & astris,
 Nil deesse sibi mundus & astra canunt?
 Num Pro Nolasco Christum succedere terris,
 Designat terras hoc decuīse magis?
 An Nolascum pro Christo succedere cœlo, 15
 Sidereum signat sic decuīse Polum?
 Innuit an tellus, Deus hic mihi nascitur horā,
 Nam modò Nolascus desit esse mihi?
 Innuit an cœlum, Ne desit vbique Redemptor,
 Cum Petrus astra petit, vagit in orbe Deus? 20
 Nascitur in terris infans diuinus, & omnes
 Dulce melos superi concinuere Chori.
 Tunc linquens terras cœlum Nolascus adibat:
 Ergo cœlesti scandit ad astra melo.

LEMMA XVII.

Sæc. f.issimum Parentis Nolasci corpus solerter exquisitum, & facello, in quo fama est iacuisse,
 circumquaque effuso, nusquam inuenitur.

N On fuit (heu!) fato satis orbos linquere Patre
 Natos? Patrem oculis surripuisse suis?

I;

Squallī-

138 *Diagorges Dini Petri Nolasco*

Squallida cur nostros geminat Libitina dolores?
Iamque diu madidas obruit imbre genas?
Quærimus ipsi ardenter, vbi tumulata iacebant, 5
Ossa Patris, cineres quærimus ecce pios:
Nil manet intactum; proscilla ligone mouetur
Altè humus: euerso nuda patetque solo.
Abdita fed frustra rimamur vilcera terræ:
Ah frustra! Ossa sacri non habet illa Patris! 10
Villa nec optati seruat monumenta sepulchri!
Fallimur an? Tumulus nonne humus ita fuit?
Pande sinus, nobis o terra immanis, auaros:
Charaque die natis Patris vbi ossa tegas?
Non tibi, vt omne pius seruares pignus in æuum, 15
Tradidimus: Satis est, pignora redde modis.
Quid queror, & terram iratis diuerbero verbis?
Tota hiat, & celant vilcera aperta nihil.
Fortè Deus nobis abicondit amabile corpus,
Vt quondam Amramij busta colenda ducis. 20
Numinis ille fuit nutu mandante Redemptor,
Et Phario Isacidas de Pharaone tulit.
Illæsum ille rubrum flammani vidi in igne,
Admirans virides igne rotante comas.
Munus idem Nolasco traxit ab Æthere Virgo: 25
Christiadis Libycas dempsit & ille seras.
Vidit & ille rubrum, Iesram nempe Puellam,
Igneus umbra cui Spiritus alma fuit.
His donis æquare viros, abscondere & artus,
Laus illis, magni pars & honoris erit. 30

Deut. 34
Exod. 3:

Liber Tertius.

139

Quin iam, Scriptorum famæ si creditur villa,
Ipse parens sicut mira vbi forte cubat.
Francisci est quino decorati vulnere visus
Seraphico (vt perhibent) funere stare comes. 35
Quis neget? anne aliò Nolasci dignius esse?
Vel Mausoleum posset habere sibi?
Christus ibi rutilat Francisci in carne Redemptor:
Ergo ibi Nolasci iure Redemptor adest.
Funeris ergo eadem donatur gloria: quoque
Iunxit amor viuos, mors quoque non remouet. 40

LEMMA ULTIMUM.

Nolasci tumulus & Epitaphion.

SI nusquam sancti reperitur corporis urna:
Nolasci cineres nec capit villa sacros;
Pro tumulo pone Hesperiam: claudatur & altis
Montibus, oppositâ qui freta fronte premunt.
Herculeis ergo toto orbe legenda columnis 5
Sculpe Recaudei splendida gesta viri.
Pone fugam Patriæ, hæreseos ardantis in æstu,
Quia Pius Æneas traxit ab igne Fidem.
Addæ lares, & opes, mundumque per astra relictum,
Quæque ipse à nitidis stemmata duxit ausis: 10
Conlumptas & opes, redimendi muneris ergo,
Tum libertates mancipijque datas:
Millia & è Libycis hominum redemisse cateruis
Bis quatèr, & Christi restituuisse gregis:

14

Seque

Quin

140 Diagorges Diui Petri Nolasco

Seque Redemptorem premium fecisse redempti,
Captiuique vices sapè subisse feras.
Pone à Nolasco peragratas calcibus urbes,
Æra rogit dum pro paupere factus inops:
Tum vastas maris occidui Libycique procellas,
Per quas captiuis sapè ferebat opem. 20
Dic quoque quot fractis spoliauerit antra catenis:
Maura quo exoluist vincla, virumque manus.
Non tot de Hesperiā poteris suspendere Calpe:
Non tot Maura Abyla pendula incesse valent.
Calpe Abylaque æris partes suspende refracti;
Tam graue mons ferri non feret unus onus,
Vincula Calpe suā videat pendentia Iberus,
Nolasciique piā rupra fuisse manu.
Tum pudeat Mauros Abylam seruire trophaeis,
Et prestat spolijs flectere dora suis. 30
Pone quod ē celo Lunam deduxerit almam,
Carminibusque in humum traxerit usque pijs.
Vel tu, si manus, Iessica pone quod alto
Virgo Nolasci venit amore sui.
Adde quod & toti sacramum Virginis orbi
Fundata nomen Relligione dedit. 35
Sit satis hoc: titulos frustra cupis ire per omnes;
Et tentasse quidem, iam minuisse fuit.
Summa erit: Hesperio Nolascus in orbe quiescit,
Quem Deus elegit, Mater & ipsa Dei.
Te lyrā, Nolasce Parens, tuasque
Impari lauros cecini Camenás 40

suprad.

Vcl.

Liber Tertius.

141

Vellem ego Herōi calamo Maronis,
Ore & Homeri,
Ut fauos dextrā volucres Hymetti
In tuā quondam posuere dulces:
Sic ego carmen tibi ritē vellem
Dulce sacrasse.
At, Pater, nati cape tu monetam
Pauperis, mendicam imitantis illam,
Quæ Deo binis placuit minutis,
Nil sibi seruans.


Si forem claris Heliconis vndis
Diues, in laudes fluerem Parentis
Fusus: ut toto rutilaret orbe
Clarior astris.
Tu mīcas vitæ radijs supernæ:
Non nocent Pachij nebulæ nitoris:
Nox sauet Lunt; tenebrae Poetæ
Te neque lalent.
Hinc piæ parces soboli, quod autu
Icari, & penni leuiores cera,
Inuias sedes, ubi diu es beatus,
Carpit Olympi,



CHIS.

CHRISTO DOMINO
REDEMPTORI.

GESTA REDEMPTORIS CECINI: MODO,
CHRISTE REDEMPTOR,
TE CANO , QVI TANTI ES MVNERIS
ARCHETYPON.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE PUEBLA

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LA-

LACHRIMABILE
CHRISTI DOMINI
IN CRUCE MORIENTIS.

SPECTACULVM.

QUd me nunc rapitis gemitusq; dolorq; volentē,
Nec causæ ignatū? An potero spectator adesse
Illius,in tepidos quin totus vertar in amnes?
Non tantum mea corda ferent haurire dolorem,
Sed tenerum magno scindetur pectus hiatu.
Eia oculi, ex vestris erumpat fontibus humor:
Ista manet vobis,siqua est deflere,voluptas.

Ecce timens feror in monte,cui Golgotha nomē,
Montem infelicem , damnatis ossibus album;
At nunc (ò rerum series miranda!) verendum
Majestate Dei immeritum patientis agonem,
Qui se factus homo carnis velamine cinxit.
Eminet hic Crux,quæ fuit olim ignobile lignum,
Sontibus addictum, scelerum feralis & vltor.
Heu dolor! huic Christus clavis affixus inhaeret.

O felix lignum! tunc forsan inutile pomis;
 Dulcia dum lætæ sugebas viscera terræ;
 Coelica quæ de te pendent modò pignora, matri
 Sunt aliena tuæ: antiquamque aduerto figuram
 Arboris amotam tibi, & ut portare racemum
 Antidotis polsis, Crux es pulcherrima visu,
 Pendulus arque Crucis Christus micat ipse figura.
 Quis fando numeret peccas illius acerbas?
 Ecce pedes palmaque chalybs transuerberat acer,
 Diuinique sacros profundit sanguinis amnes,
 Prodigus ille Dei, sentit nec abire cruentem,
 Diuitias Cœli: sed ruptis vndique venis.
 Quadrifidi fontis nimis efferus ostia pandit.
 Tum caput hastatis sacratum vepribus ambit,
 Insultanique premit diri diadema doloris:
 Totque aperit fontes, faciunt quot vulnera sentes,
 Et fluit in numero cœlestis gurgite sanguis,
 Perq; genas oculosque & humum prolabitur vndans.
 Sic Regis Dominique sui, qui que orbis habenas
